Ant

15
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

41.2

47 44 71
F F 8
84 95 B
31

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

IOANNIS ANTONINI

E SOCIETATE IESV

ASSERTIONES THEOLOGICAE

De Præcipuis quibuſque difficultatibus, quæ circa Materiam

De

POENITENTIA

TVM

IN SCHOLIS DISPVTANTVR,

TVM

IN SACRO TRIBVNALI OCCVRRVNT,

NVPER

PVBLICÆ DISPVTATIONI AB

EO PROPOSITAE;

NVNC AVTEM

In gratiam Confeſſariorum, Studioſorum, & cuiuſuis generis pœnitentium, rurſum in lucem datæ.

Bibl. Coll. Rom. Soc. Iesu

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

A DAVIDE HAATT, Bibliopola Viennen. & Lucernenſi.

M. DC. LVI.

Permiſſu Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

GALLO
REVERENDISS.mo, ac ILLVST.mo
Monaſteriorum D. Galli, & D. Ioannis
In Thuræ Valle
PRAESVLI,
Sacríque Romani Imperij
PRINCIPI,
Æternitati Religionis nato;
CVIVS
Ad ſacram Infulã, Principatúmq; euectio,
Ob merita
Prudentiæ, Sapientiæ,
Cæterarúmque omnium virtutum
(Quibus ipsâ Mitrâ, Principalíque Maieſtate
Maior emicat, & excelſior)
Heluetiam, vicinásque Prouincias
Gratulabundas in SE conuertit:
Caſparus Lang,
EIVS
Nomini Celſitudiníque
Deuotiſſimus,
In publica atque felici lætitia collætiſcens
Aſſertiones haſce Theologicas
ſubmiſſiſſimè
Sacras, & æternas vouet,
PATRONO
Magno Magno.
CIↃ. DC. LVI.

PRÆLOQVIVM.

*In Moralibus.

CVm, vt rectè *Plutarchus*, *ridiculum ſit in grauioribus Diſputationibus inutiles, minutulásq; quæſtiunculas proponere, ſelegimus hîc ea dũtaxat, quæ vel ob vtilitatem ſuam, vel ob ſingularem difficultatẽ publicâ diſcuſſione digniora videbãtur. Et licet alia ex his communia ſint etiã *Iuris Canonici Interpretibus*, alia *Theologis Moralibus*, & nonnulla ijs, *qui Controuerſias Fidei aduerſus hæreticos proſequuntur*; quia tamẽ omnia hęc, ſi ſubtiliùs atq; ex ſuis fundamentis agitẽtur, propria ſunt *Theologi Scholaſtici* (vti oſtendi ſolet in Prolegomenis Theologiæ;) ideo iure noſtro *Scholaſticæ diſputationi* hîc ea proponimus; & ſanè perſæpe difficilius eſt ea tali modo defendere, quàm ſubtiliſſima Theoremata propugnare.

Quoniã verò præter difficultates communiter notas, permulta in his Theſibus haud obuia ſtatuuntur, *Cenſorum* iudicio pleriſque omnibus aſſertionibus ſui adſcribendi fuêre *Authores*; quanquam ne πάρεργα (vt dicitur) fierent maiora, quàm ἔργα. non ſemper exprimere licuerit, *implicitène, an explicitè* doctrinæ noſtræ ij ſuffragentur. Nec vltra te hîc moror *Lector*, quæ ἐμπαθῶς ſcripſi, ἀπαθῶς lege.

ASSER-

Digitized by Google

ASSERTIONVM THEOLOGICARVM

DE POENITENTIA PARS I.

DE POENITENTIA VT VIRTVTE.

Reſpondente

Reuerendo & Eximio Domino

IOAN: CONRADO WYNGARTER,

SS. Theologiæ Candidato.

CAPVT I.
DE NOMINIBVS VIRTVTIS POENITENTIAE.

§. I.

VIRTVS illa, quâ peccator per deteſtationem, dolorem, atque pœnas peccata ſua retractat, rectè à SS. Patribus, ac Theologis Græcè Μετάνοια, Latinè Pœnitentia appellatur; meritóque apud Sapientes A, in ridiculo habentur Nouatores noſtri contrarium ſentientes. II. Inſcitiùs adhuc falluntur Hæretici illi B, qui negant vſpiam Diuinis in litteris, prædictis nominibus talem virtutem deſignari. III. In errore quoque graui verſantur, qui C, irrident Metaphoram illam, quâ à Catholicis prædicta virtus ſecunda poſt naufragium tabula nuncupatur. Nomina Pœnitentię generatim ſumptæ.

A Bellarm. lib. 1. de Pœnit. cap. 7. Coninck. diſp. 1. de Pœnit. dub. 1. & alios paſſim, *B*. Beza ad 3. cap. Matth. ac Luth. in Epiſtol.

Digitized by Google

epiſtol. ad Vicarium ſui ordinis, & alibi. C. Hæretici noſtri temporis apud Soarium diſp. 1. de Pœnit. Sect. 1.

2.

Nomina eiuſdẽ Virtutis ſpeciatim acceptę.

Pœnitentiæ *nomen antonomaſticè ſumptum non* Generali, *ſed* Speciali, *ſiue* Particulari *duntaxat Pœnitentiæ conuenit* A. II. Pœnitentiæ *autem* Generalis *vocabulo, propriè loquendo, nequaquam intelligitur quæcunque virtus, prout deteſtatur oppoſitum ſibi peccatum, ſed ſignificatur collectio omnium virtutum à* Pœnitentia Speciali, *diſtinctarum, quatenus eæ noxam ſibi contrariam retractant* B; *quamuis per ſynecdochen haud rarò hac voce denotetur quoq; cuiuſuis virtutum actus, quibus de peccato ritè dolemus* C. III. *Per* Pœnitentiam *verò* Specialẽ *deſignatur ea virtus, quâ deteſtamur noxas, déque ijs dolemus ex motiuo infrà explicando* D.

A. Soarez diſp. 2. Sect. 1. n. 1. *B*. Idem ibid. *C*. Ita vſurpatur ab Ambroſio in c. 1. de Pœnit. diſt. 3. Iſidoro lib. 6. etym. vlt. Auguſt. epiſt, 108, ad Seleucian, Gregor. hom.

hom. 34, in Euang. alijsque Patribus, agentibus de Pœnitentia, exigentibúſque ad quartum Sacramentum *aliquam in peccatore Pœnitentiam*, quâ locutione, vt conſtat deſignatur cuiuſcunq; virtutis ſupernaturalis actus, quibus deteſtamur peccatum, dolemusq; de illo. *D.* cap. 3. §. 7. & 8.

Capvt II.

De Obiecto Materiali Virtutis Pœnitentiæ.

§. 3.

Diuiſio Obiect Materialis Pœnitētiæ:

OBiectum Materiale *Pœnitentiæ Specialis adæquatè acceptæ duplex rectè ſtatuitur; alterum* Proſecutionis, *alterum* Fugæ A. II. *Hoc minùs principale; illud principalius eſt* B; *id quod neutiquam huic virtuti peculiare ſed omnibus omninò virtutibus commune exiſtit* C.

A. Card. de Lugo diſp. 3. n 1. atque alij communiter. *B.* Sotus in 4. diſt. 14. q. 2. a. 2. Canus in Relectione de Pœnit. Soarez diſp. 2. Sect. 2. n. 1. & Coninck. hic diſp. 1. dub. 3. *C.* Theologi paſſim referente, ac ſubſcribente P. Henr. Marcell. in Armamentario Scientifico. parte 5. titulo 24. diſt. 4. quos ſequitur Coninck paulò antè citatus.

Digitized by Google

Obie-ctū Materiale Proſecutionis.

4.

Obiectū materiale Proſecutionis *Pœnitētiæ Specialis vniuerſim ſumptū complectitur quidquid tanquam medium eligi poteſt à Pœnitentia ad conſeruandam, reparandamq́ue æqualitatem cum iure Diuino §. 7. exponendam* A. *Speciatim verò præter alia comprahendit* I. *actus tam proprios ipſiusmet Pœnitentiæ, quàm quarumcunque aliarum virtutum à Pœnitentia imperabiles;* B. II. *Preces, ieiunia, ſatisfactionesq́ue aliorum* C *; ac denique etiam ipſáſmet pœnas Purgatorij, quatenus hæ eligi poſſunt ad reparandam æqualitatem paulò antè dictam* D.

A. P. Ioan. de Dicaſt. diſp. 1. de Pœn. n. 116. Idemque aſſerit Eminentiſs. Lugo diſp. 3. n. 2. licet hîc loquatur in ordine ad conſeruationem reparationemque Pacis cum Deo, exiſtimant ſcilicet hanc eſſe Obiectum Formale Pœnitentiæ. *B.* Idem hîc n. 3. ille num. 117. C. Præcitati. *D* Fauent Soarez diſputa. 2. Sectione 1. num. 14. Coninck diſputa. 1. num. 18. Lugo n. 46. de communi ſententia abſolutè ſimpliciterque aſſerentes inter alia, etiam

am pœnas eſſe Obiectum Materiale Proſecutionis Pœnitentiæ.

5.

Obiectum Materiale Fugœ *eiuſdem Virtutis in vniuerſum cōtinet quidquid quoquo modo odio haberi poteſt propter motiuum formale Pœnitentiæ particularis* A, *Nominatim verò complectitur* I. *quodcunq; pœnitentis peccatū* B, *tāetſi Originale* C, *Habituale quà tale* D, *cōmiſſum cū inuincibili Dei ignorantia* E, *atq; etiam illud, quod conſtaret certò iam à Deo remiſſum* F, *Imò circa horum quodque non ſolùm per ſimplices diſplicentias, ſed per efficacem* G. *quoque deteſtationem, iteratasq; ſatisfactiones verſari poteſt; & quidem quamuis pœnitenti certò conſtaret, iam antea Deo à ſe* Chriſtianâ ſatisfactione *ſufficienter compenſatum fuiſſe peccatum* H. *Secùs dicendum de peccato quod eſſet ex prædicatis ſuis intrinſecis irremiſſibile, quod quāquam aliqua ratione odio haberi poſſet per nullam tamen potentiam unquā compenſari quiret* I. II. *Comple-*

Obiectū Materiale Fugæ.

 cti-

ſtitur (licet haud ita primò) actus materialiter K, *malos, pœnas* L, *pœnarumq́ue* M, *reatum, ac deniq́ue eas quoq́ue imperfectiones, quas vocant* à culpa puras N, *(cuius modi ſunt omiſſio tum conſilij, tum actuum perfectiorum, ad quos operans nō obligetur).* III. *complectitur peccatum alienum* O, *quamuis id non niſi per ordinem ad peccatum proprium ipſius pœnitentis, quatenus ſcilicet nonnunquam peccatum alienum aliquo modo impedit conſeruationem, vel reparationem æqualitatis cum iure Diuino paulò antè memoratam, ſub qua ſola, & non ſub alia ratione peccatum alienum terminare poteſt aliquos actus* Pœnitentiæ Specialis de facto exiſtentis: *minimè tamen negandum poſſibile quoque eſſe alium diuerſum Pœnitentiæ Specialis habitū* P, *qui & propriū & alienū peccatū pariter deteſtari poſſit; & quidem etiam loquendo de peccato alieno vt alieno; etſi quatenus deteſtaretur peccatum alienum* Pœnitentiæ *nomine deſignandus haud eſſet* Q.

A. Non pauci circumſcribunt iſtud

Obiectum per hoc, quod ſit (quidquid a-uerſatur Pœnitentia propter honeſtatem ſibi præſtitutam. Hæc tamen circumſcriptio videtur debito anguſtior; nam, vti dicetur infrà, Pœnitentia non tantùm ex motiuo honeſtatis, ſed etiam propter inhoneſtatem ipſam oppoſitam iuri Diuino, ſpectato à Pœnitentia, deteſtari poteſt peccata; quæ, vt conſtat, ſunt præcipuum ipſius obiectum materiale fugæ. *B*. Soarez diſp. 2. Sect. 1. & Coninck exiſtimantes ſub eo compræhendi quoque peccata aliena. *C*. Filliucius tract. 6. c. 1. q. 4. n. 10. Hurtadus diſp. 1. diff. 6. alijque multi, quos ſequitur Dicaſtill. n. 126. contradicentibus non paucis apud Soarem. n. 12. *D*. Soarez n. 11. Coninck diſp. 1. dub. 3. Filliucius n. 10. & Hurtadus aſſerentes abſolutè peccatū Habituale comprehendi ſub *Obiecto fugiendo* Pœnitentię; omnium verò clariſſimè Dicaſtillo n. 128. contra Cardinalem de Lugo n. 13. ſecùs opinantem. *E*. Lugo n. 7. *F*. Idem tum hîc n. 15. tū diſp. 1. de iure, & iuſtitia. n. 26. quē ſequitur Dicaſt. n. 132. & ſequentibus. *G*. Ab hac vniuerſali aſſertione Suarez, Filliucius, Hurtadus, Lugo, ac Dicaſtillus excipiunt noxam Originalem, quam etſi ſub ſimplicem noſtram diſplicentiam cadere poſſe admittant negam tamen eam eſſe poſſe Obiectum noſtræ deteſtatio-

nis, aut retractationis. Ratio illorum eſt quòd nemo videatur retractare poſſe id, quod nō tractauit, neq; reſipiſcere, ſi non deſipuit: *Originale* verô, vt conſtat, nec propriâ voluntate contractum, nec propriâ deſipiſcentiâ, aut tractatione commiſſum eſt: igitur (inquiunt) ſicuti non poſſumus peccata aliena retractare, ita nec Originale. Cæterùm ratiocinatio hæc haud vrget; nam certū eſt, per ſe loquendo à Pupillo retractari poſſe contractum, quem fecit Tutor. Quare ſatis magna diuerſitas apparet inter peccata aliena, & Originale proprium; aliena etenim, cùm nec phyſicè, nec moraliter à nobis commiſſa ſint, nullo modo ſub noſtram retractationem venire poſſunt; Originale autem quamuis phyſicè à nobis commiſſum non fuerit, moraliter tamen perinde attribuitur nobis, ac ſi phyſicè illud patraſſemus: ergo ſicut retractare poſſumus contractū à Tutore initum, cur nequeamus pariter retractare peccatum Originale à primis noſtris parentibus contractū, cùm ſanè vtrobiq; parratio ſit? Eminentiſs. Lugo ſuprà citatus, & Pater Pallauicinus lib. 4. aſſertionū Theol. n. 36. acerrimè contra nitente Dicaſtillo diſp. 1. Sect. 4. §. 6. nequaquam tamen in ſententiam hanc mouemur argumentis Lugonicis vtpote vel minùs veris vel minùs

nùs efficacibus, ſed alijs, quæ & ab ipſo alibi, & à Dicaſtillo & ab alijs Theologis paſſim admittuntur. *I.* Vide §. 39. *K.* Lugo n. 20. nec non Dicaſtillo n. 17. *L.* Patet à paritate de reatu pœnæ. *M.* Idem n. 160. aduerſantibus Soario ſuprà n. 14. & Lugone n. 46. *N.* citati. *O.* De hoc peccato, an ſit Obiectum Materiale Pœnitentiæ Specialis, duæ ſunt percelebres Doctorum opiniones. altera affirmat, quam ſequitur Suarez diſp. 2. Sect. 1. n. 9. atque Coninck diſp. 1. dub. 3. extendentes habitum Pœnitentiæ ad peccata quoque aliena, licet non ſub denominatione Pœnitentiæ. Altera verò negat, quam amplectuntur Dicaſtillo Sect. cit. §. 8. ac Lugo diſput 3. Sect. 2. dicens eſſe communem Theologorum ſenſum aſſerentium cum D. Thoma in 4. diſt 17. q. 2. a. 2. Pæniten-tiam debere eſſe de peccatis proprijs. Noſtra ſententia, vt patet, eſt inter vtramque media facileque ex communiſſimis principijs demonſtrari poteſt *P.* Ratio eſt, quia habitus infuſus ſe habet ad modum potentię, quæ (vt liquet in voluntate noſtra) deteſtari poteſt tam propriū, quàm alienum peccatum, etiam quatenus alienū: non videtur igitur negandum in Diuinæ Omnipotentiæ theſauris eſſe poſſibilem aliquem habitum, qui & in proprium, & in alienum peccatum per deteſtationem ferri

ſerri quĕat; cur autem de facto nō d:tur, explicari ſolet in Tract. de habitibus inſuſis. Q. Pœnitentia enim ſub denominatione *Pœnitentiæ* vt bene obſeruant poſt alios Soarez diſp. 2. Sect 1. n 2. ac Coninck diſp. 1. dub. 3. n. 19. ſignificat ſolos actus retractationis, qui vti de ſe perſpicuum, ſolùm ſunt de peccatis proprijs.

CAPVT III.

De Obiecto Formali Virtutis Pœnitentiæ.

§. 6.

Diuiſio Generalis Obiecti Formalis Pœnitĕtiæ.

N*On tantùm ex Obiectis Materialibus, verùm etiam ex* Obiectis Formalibus *Pœnitentiæ Specialis, aliud* Proſecutionis, *aliud* Fugæ, *ſtatuendum eſt* A. II. *Hæc Obiecti Formalis diuiſio non huic Virtuti propria, ſed alijs quoque virtutibus communis eſt* B, III. *Vtrumque autem hoc Obiectum Formale inter ſe comparando, Obiectum Proſecutionis*, Primarium; *Obiectum verò Fugæ*, Secundarium *eſt* C, *proindeq; hoc minùs principaliter illud magis principaliter à Virtute reſpicitur.*

ALu-

A. Lugo diſp. 1. Sect. 2. contra nonnullos, quos referunt, & ex parte ſequuntur Salas 1.2. Tract.9. diſp.3. Sect. 3.n.35. ac Suarez itidem 1. 2. diſp. 1. de Paſſionibus Sect. 7. n. 2. idemque dicere debent omnes, qui cum Arriaga diſp. 7. de anima Sect.1. concedunt poſſe dari in voluntate actus meræ fugæ, quam opinionem eſſe communem inter Philoſophos, & Theologos Recentiores teſtatur Eminentiſſimus paulò antè citatus. *B*. Doctores paſſim. *C*. Pater Henricus Marcellius Parte 5. Armamentarij Scientifici Titul.24. diſt.4. n. 2. cũ Alexandro, Caietano, Soto, Soario, Vaſquio, & alijs.

7.

Obiectum Formale QVOD Proſecutionis *Pœnitentiæ Specialis* A. *non eſt* I. *quid aggregatum ex honeſtatibus ſpecificis omnium virtutum deteſtantiũ oppoſitam ſibi turpitudinem* B. Nec II. *illud promiſcuè confundẽdam cum motiuo formali vllius virtutis Theologicæ* C. *Nec* III. *eſt idẽ cum Obiecto Formali vel puræ Compenſationis, vel Religionis, vel Honeſtatis, vel obediẽtiæ, vel, gratitudinis, vel Iuſtitiæ Cõmutatiuæ, aut etiã vindicatiuæ* D. *Neque* IV. *conſiſtit in Bono*

Obiectũ Formale QVOD Proſecutionis.

no Pacis cum Deo E. *Sed* V. *omnium optimè conſtituitur in Honeſtate inducente creaturam ad ſeruandam, læſamq; reparandam æqualitatem cum iure Diuino* F, *quod ratione creationis habet Deus erga creaturas omnes, ne ab ijs offendatur, etſi fortè fuerit offenſus, vt ab ijſdem juxta diſpoſitionem diuinam reparetur offenſa* G.

A. Obiectũ Formale QVOD ex receptiſſima ſententia eſt idem atq; Obiectũ Formale contradiſtinctũ ab Obiecto CVI, de quo infrà §.9. *B.* Suarez diſp.2.Sect.3. Vaſquez, Valentia, Coninck, atq; alij cõmuniter contra Altiſiodorenſem, & Maiorẽ, quorũ ſententiã alij falſam, alij improbabilẽ cẽſent. C. D. Thomas q.86.art.3.ad 1. & alij cõmuniter teſte Peſantio quæſt.cit. diſp.1.concluſ. 3. *D.* Eſt itidem communiſſima, vti cernere eſt apud Valentiam quæſt. 2.punct.1. Coninck diſp. 1.dub.4. Hurtadum dîſp. 1. difficult. 4. Dicaſtillo diſp.1.dub.2. & alios. *E.* Supponitur ab omnibus oppoſitarum ſententiarum Authoribus; eam tamẽ tenent Gamachæus de Pœnit. cap. 2. Lugo diſp. 2. Sect. 4. & Arriaga 1. 2. To. 2. diſp. 5.n. 55. *F.* D. Thomas, Vaſquez & alij, quos citat, ſequiturque Dicaſtillo diſp. 1. dub. 2. *G.* Videatur

deatur Tannerus q. 2. dub. 2. n. 40. vbi dicit prædictum ius Dei fundari in ratione primæ cauſæ, & vltimi finis.

8.

Obiectũ Formale QVOD Fugæ.

Objectum verò Formale QVOD Fugę eiuſdem Virtutis, eſt Inhoneſtas paulò antè explicata honeſtati directè contraria A. II. *Ea tamen haud ita frequenter mouet ad agendum, atque honeſtas oppoſita* B, *eò quòd ſcilicet natura noſtra ex motiuo potiùs amoris, quàm odij operari amet* C.

A. Sequitur neceſſariò ex dictis § 6. *B*. Conſtat ipsâmet experientiâ, liquetq; ex iis, quæ afferuntur à Lugone diſp. 1. Sect. 2, C. Henricus Marcellius Parte 5. Armamentarij Scientifici tit. 24. diſt. 3. Lugo diſp. 1. Sect. 2. n. 16.

9.

Obiectũ Formale Cvi.

Pro Objecto Formali CVI *iam ſæpius memoratæ Virtutis non Deus, ſed ipſa creatura conſeruans, reparansque ius Diuinum* §. 7. *explicatum, ſtatuenda eſt* A. II. *Deus tamen haud dubiè aliquo modo conſtituendus pro fine* CVI *materiali prædictæ virtutis* B, *atque per hoc cum noſtra*

Digitized by Google

ſtra prima aſſertione conciliari forſitan poterunt nonnulli, qui contra nos citari ſolent, aſſerentes Deum eſſe obiectum CVI Pœnitentiæ C; *quod, vt patet, minimè nobis aduerſatur.*

A. Gaſpar Hurtadus diſp 1. difficultate 3 Lugo diſp. 2. n. 60. *B.* Suarez diſp. 2. Sect. 2. n. 3. Lugo loco citato, C. Tannerus hîc q. 2. dub 2. & alij.

10.

Obiectũ Formale adęquatum.

Ex Objecto Formali QVOD, & Obiecto Formali CVI vnum adæquatum Obiectum Formale *Pœnitentiæ componitur* A, II. *Quare ſi quæ virtus daretur, quæ deteſtaretur peccatũ ex ſolo Obiecto Formali QVOD ſuprà aſſignato, ea vtique ſpecie differret à Pœnitentia noſtra* B, *tametſi quantùm ad cætera poneretur ei perſimilis.*

A. Hurtadus diſp. 1. difficultate 3. *B.* Ratio à priori eſt, quia vt conſtat ex Philoſophia Morali, omnes illæ virtutes inter ſe differunt ſpecie, quę differunt Obiecto Formali adæquato: ergo cùm hæ virtutes ex hypotheſi differrent obiecto formali adæquato, per conſequens differrent quoque inter ſe ſpecie.

CA-

CAPVT IV.

De Subiecto Virtutis Pœnitentiæ.

§. II.

Subiectũ Proximum Pœnitẽtiæ.

E*Tiamſi daremus potentias vitales in homine realiter diſtingui ab anima, nulla tamen ratio conuincere videtur habitus, actuſq; Pœnitentiæ ſiue totaliter, ſiue partialiter in earum aliqua recipi, tanquam* in ſubjecto proximo; *ſed potiùs in ſola animæ ſubſtantia* A. II. *Multò minùs cum* Recentioribus *Thomiſtis admittendum, huius virtutis actus vel adæquatè, vel etiam inadæquatè recipi in ſuo habitu infuſo, idque tametſi aliàs concederemus actus immediatè recipi in animæ potentÿs.* III. *Tantùm abeſt, vt in appetitu ſenſitiuo ponendæ ſit vlla veri nominis Virtus Pœnitentiæ, vt id repugnare probabilius videatur* B; *admittendus tamen eſt in eo habitus aliquis virtuti* Pœnitentiæ *annexus, non quidem facilitans ad admittendas corporis afflictiones, pœnaſq; à voluntate in finem pœnitentiæ impera-*

ratas, verùm ad fugienda mala, exceſſusq; ipſimet appetitui contrarios C, *qui haud dubiè etiam ſunt peccata à Pœnitentia deteſtabilia.*

A. Arriaga. 1. 2. Tract. de Habitibus. diſp. 33. Sect. 2. ſubſ. 1. *B.* Ouiedus. 1. 2. tr. 3. c. 2. p. 8. contra Gaſparem Hurtadum nonnulloſque alios. *C.* Valentia diſp. 7. q. 2. p. 3. atque Suarez diſp. 7. Sect. 1. n. 4.

12.

Eiuſdē Subiectum remotum.

Subjectum remotum *modò dictæ virtutis ſecundum eſſentiam ſuam ſpectatæ poteſt eſſe quilibet homo viator* A: *imò & qualibet ſubſtantia intellectualis peccare potens, quæ ex intrinſecis ſuis principijs flexibilis ſit* B. II. *Extitit in Angelis, dū erant in via* C: *item in primis noſtris Parentibus ante innoncentiam amiſſam* D, *in Chriſto Domino* E, *in Deipara* F. & c. III. *Præterea eſt quoque in Paruulis Baptiſmo inſignitis* G, *in confirmatis in gratiâ* H; *ac denique etiam in ipſiſmet Beatis* I, IV. *Si daretur creatura ex natura ſua impeccabilis, potens tamen elicere actus conditionatos deteſtationis, & dolo-*

lo-

loris, dicendo e.g. (ſi per impoſſibile peccarem, dolerem, & deteſtarer noxam à me commiſſam, &c.) haud ideo in ea admittendus eſſet habitus Pœnitentiæ eiuſdem ſpeciei cum eo, qui de facto *datur in nobis, in Angelis, atque in Chriſto* K.

A. Communiſſima paſſim Theologorum ſententia. *B* P. Dicaſtillo diſp. 1. dub. 6. colligiturq; ex doctrina D. Thomę 1. p. q. 95. a. 5. & in 4. diſt. 14. q. 1. a. 3. Soarij diſp. 7. ſect. 1 Conincki diſp. 1. dub. 3. Mæracij diſp. 6. ſect. 2. Petri Hurtadi de Incarnat. diſp. 49. ſect. 3. & Lugonis diſp. 6. *C.* Vaſquez in præſenti q. 85. a. 4. dub. 2. Gaſpar Hurtadus hic diſp. 1. diff. 5. & 6. atque alij non pauci aduerſus Peſantium q. 85. a. 4. diſp. 1. concl. 3. *D.* S. Tho. 1. p. q. 85. a. 3. ad 3. & in 3. diſt. 36. a. 2. ad 5. Peſantius loco cit. conc. 1. Lugo n. 9. opponentibus ſe Soto. q. 2. a. 7. ac Vaſquio ſuprà citato. *E.* Suarez. diſp. 7. ſect. 1. & Tom. 1. in 3. p. diſp. 19. ſect. 1. Coninck diſp. 1. dub. 3. n. 19. ac Lugo. n. 11, & diſp 16. de Incarn. n. 115. contrarium opinantibus Vaſque, Peſantio, Gaſpare Hurtado, locis ſupra citatis, nec non Ludouico Caſp. diſp. 1. ſect. 3. n. 36. *F.* Palatius q. 6. Valentia. q. 2. p. 3 Suarez & Lugo ſuprà relati contrà ſtantibus Soto, Amaino, atque Caſp. n. 41. G. S. Thomas in 4. diſt. 14 q. 1. a. 3. quæſtiunc. 2.

So-

Digitized by Google

Sotus q. 2. a. 7. Richar. a. 3. q. 2. Palud. q. 4. Peſantius concl. 1. contra nonnullos Recentiores apud modò citatum Authorem. *H*. Communis Doctorum ſenſus, malè opponentibus ſe nonnullis Neotericis, ſecùs differentibus de confirmatione in gratia. *I*. Angelicus Doctor in 4. diſt. 14. q. 1. a. 3, quæſtiunc. 2 Rich. Soth. Pal. Peſant. Coninck quibus ex parte ſubſcribit Caſp. n. 49. & nonnulli alij apud Peſantiũ ſuprà adductum. *K*. Ratio aſſertionis huius petitur à ſimili in Angelis in quibus etiam dantur actu conditionati quibus dicunt v. g (ſi haberē corpus vellem abſtinere à venereis voluptatibus &c.) & tamen in illis ob actus tales haud admittitur habitus caſtitatis, qualis in nobis Imò valde probabile quoque eſt, in Deo pariter admitti debere huiusmodi actus, in quo certum eſt non dari virtutē Caſtitatis.

13.

Pœnitentia infuſa *nequaquam perſeuerat in peccatore lethali noxâ inquinato* A. II. *Ratio autem cur manente in eo habitu Fidei, & Spei, non pariter in illo maneat habitus Pœnitentiæ, haud eſt ea quod nulla virtus moralis infuſa perſeueret in peccatore* B, *at neq; eſt illa, quòd omnes virtutes morales infuſæ in-*

cli-

clinant duntaxat ad illa media, quæ augentur, & obtinentur amicitiâ Diuinâ C, *ſed quia Pœnitentia* Specialis *in peccatore non eſt ita determinatè neceſſaria ad reſurgendum à peccato, ſicut Fides, & Spes, quibus, vt conſtat, determinatè homo indiget ad offenſæ maculam delendam* D.

A. Communis Doctorum ſententia apud Lug. diſp. 6. n. 17 quamuis Vaſq. Tõ. 1. in 1. 2. exiſtimet, id haud ſatis efficaci ratione oſtendi; vnde in ea inueſtiganda valde laborant Recẽtiores. *B.* Paſſim quidem hæc ratio adducitur ab Autoribus; hi ipſi tamem ſibi alibi contra dicentes admittunt in peccatore fideli habitum piç affectionis, quem etiam apud ipſos in cõfeſſo eſt, eſſe Virtutem Moralem infuſam. C. Patet id luculenter in inſtantia habitûs piæ affectionis modò adducta. *D.* Lugo diſp. 6. n. 18. & alij.

14.

Haud improbabile eſt, in animabus damnatorum ad exigum aliquod tempus permanere habitum naturalem *Pœnitentiæ* A. II. *Nequaquam tamen vel in illis vel in Dæmonibus admitten-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

mittenda potentia physica *ad pœnitentiã ſupernaturalẽ* B, *ſed tantùm ad naturalem* C, *quamvis ob impotentiã* moralẽ, *quam habent ad actum ſimpliciter bonũ, neutiquam hanc unquam ad actũ redacturi ſint* D, *atque ratione* huius potentiæ *explicandũ videtur, cur* Impœnitẽtia *ipſis vitio, culpæq; vertatur* E.

A Ita fateri debent omnes illi, qui cũ Arriaga. 1. 2. diſt. 37. n. 17. concedunt virtutes morales acquiſitas manere quidem aliquamdiu in damnatis, attamen non diu. *B*. Suar. lib. 8. de Angelis cap. 7. Vaſq. 1. p. diſp. 239. cap. 7. Arriaga Tract. de Angelis diſp. 25. n. 27. Franciſcus de Lugo 1. p. lib. 3. diſp. 27. cap. 2. & complures alij apud iſtos, quorum plerique licet loquãtur de Angelis, ob paritatem tamen, haud dubiè de animabus quoq; damnatorum idem ſupponunt. *C*. Suarez lib. 8. de Angelis cap. 11. Lugo Card. diſp. 8. de Pœnit. n. 23. Arriaga. 1. p. to. 2. diſp. 25 n. 56. & alij, quos refert, & ſequitur Franciſcus de Lugo lib. 3. diſp. 27. c. 3. *D*. Thomas, Magiſter, Molina, Vaſquius, Soarius, & alij complures referente, adſtipulanteque Franciſco Lugone lib. 3. diſp. 27. cap. 3. & Arriaga Tomo 2, diſp. 25. n. 30. *E*. Eminentiſſimus Lugo diſp. 8. de Pœnit. n. 23.

15.

Loquendo de Pœnitentia non ſecundum eſſentiam ſuam, ſed ſecundum denominationem Pœnitentiæ *lis ferè de nomine eſt, in quibuſnam Subiectis ea reperiatur* A; *in qua rectius Philoſophari videntur, qui docent illā* propriè *nō reperiri, niſi in ijs, qui aliquando ius diuinū, ſuprà explicatum, aliquo modo læſerunt* B. II. *Atque juxta hanc rationem negandum in Chriſto* C, *in Beata Virgine* D; *ac in Cœleſtibus Spiritibus* E *dari habitum Pœnitentiæ. Sicque explicari poteſt D. Thomas, & nonnulli alij in contrarium paſſim citati.*

A. Patet ex eo, quòd hîc ab alijs magis, ab alijs minus propriè *Pœnitentiæ* nomen vſurpetur. *B.* Suarez. diſp. 7. ſect. 1. n. 10. *C.* Idem ibidem. Dicaſtillo diſp. 1. dub. 6. n. 189. *D.* Soarius n. 10. *E.* ſequitur ex rationibus, quas prædictus Author adfert ad probandum Pœnitentiam ſecundum denominationē *Pœnitentiæ* neque in Chriſto, neq; in Beatiſſima Virgine reperiri.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

De habitu virtutis Pœnitentiæ.

§. 16.

Habitus Pœnitētia quidditas

D*Atur Habitus Pœnitentiæ Specialis in ſubſtantia ſua* ſupernaturalis, *&* per ſe infuſus A; *quamquã id haud de fide* B. II. *Hic habitus eſt ſimpliciter, & abſolutè proprij nominis virtus* C, *etiam quatenus ſupponit peccatum* D: *neque ex hoc ſequitur verecundiam illã, cuius Ariſtoteles in Ethicis* E, *meminit, in Virtutum Moraliũ pariter choro reponendam fore, ſed eam duntaxat hoc decore dignam eſſe, quâ ſecundum rectam rationem timemus confundi propter turpe factum* F, III. *Qui ex Neotericorum* Regula Partium *aſſerunt, peccatũ eſſe partem eſſentialiter & intrinſecè conſtitutiuã Honeſtatis inclinantis ad actus Pœnitentiæ, abſurdè negare debent, Pœnitentiam eſſe virtutem; vel ſi id inficiari vereantur, non minore cum inconueniente concedere eos oportet, aliquod vitium eſſe virtutem* G. IV. *Vtrùm porrò Pœnitentia vir-*

tus

Digitized by Google

tus potiùs purè Moralis, an verò inter Moralem, & Theologicam media dicenda ſit, lis de nomine videtur; in qua ſtando principijs apud Theologos paſſim receptiſſimis H, haud dubiè meliùs loquuntur, qui eam virtutibus purè Moralibus accenſent, quàm qui illam inter Moralem, & Theologicam mediam faciunt.

A Ita paſſim Theologi Recentiores, tum hîc, tum 1.2. contra Scotum, Durandum & nonnullos alios ex Veteribus. *B.* ſuar. Tom.3 de Gratia. lib. 6. cap. 9. Ouiedus 1. 2. Tr.3. Contr.2. p.7. Fauetque Arriaga 1.2. To.1. diſp.35. ſect.1 ſubs.2. exiſtimantes neq; ex Scriptura, neque ex Cõcilijs quidpiam certi colligi de virtutibus Moralibus infuſis. *C.* D. Tho. hîc, quem ut teſtatur Lugo Card. diſp.1. n. 1. cæteri Theologi ſequuntur. *D.* Iidem E. 2. Eth. c.7. & lib.4. cap. ult. *F* Aliter Philoſophũ interpretantur Salas. 1.2. Tr.11. diſp.4. ſect. 7. Vaſq. in præſenti dub. un. & Lugo diſp. 1. ſect. 1. hæc tamen explicatio videtur omniũ commodiſſima. *G.* Ratio eſt, quia non poteſt amari tota honeſtas objectiva alicuius virtutis, quin amentur omnes partes eiusdem eſſentialiter conſtitutiuę: ex ſententia autem Aduerſariorum vna ex partibus eſſentialiter cõſtitutiuis modò

B dictæ

dictæ honeſtatis eſt peccatū quod repugnat ex terminis amari poſſe à virtute, ſed tantūmodo à vitio: ergo. Neq; effugiunt difficultatē, qui aiūt, nō poſſe quidē amari peccatū efficaciter, poſſe tamē inefficaciter, & per ſimplicē cōplacentiam, quemadmodū Eccleſia affectu ſimplici gaudet de peccato Adami quando dicit (O certè neceſſarium Adæ peccatum, quod Chriſti morte delendū erat: O felix culpa, quę talē ac tantū habuit Redēptorē). Nā utrūque falsū eſſe, ex receptiſſimis principijs cōuinci poteſt. *H* Principia autē hæc ferè duo ſunt nempe. (Virtus purè Moralis nititur motiuo formali merè morali). Alterū autē (Si quę datur Virtus media, inter Moralē & Theologicā, ea niti debet motiuo formali partim increato, partim creato); quale nequaquā eſt motiuū formale Pœnitentiæ utpote totaliter creatū: ergo &c.

17.

Diſtinctio ab alijs habitibus.

Præfatus Pœnitentiæ habitus differentiâ eſſentiali *diuerſus eſt à Spe, & Caritate Theologica* A; *item à Virtute habente pro Obiecto formali bonum pacis cum Deo* B; *quin & à Religione* C, *à Iuſtitia Commutatiua hominis ad Deum* D, *& à cæteris denique omnibus Virtutibus Moralibus* E; *& quidem differt ab illis non ſolùm* formaliter, *ſeu ratione noſtrâ, verùm etiam* realiter,

Digitized by Google

& phyſicè F; *minimè tamen repugnat alterius ſpeciei Pœnitentia, quæ, cum reliquis ſuis con-uirtutibus idẽtificetur* G. *Vndenam autẽ colligatur diuerſitas hæc realis à cæteris Virtutibus infuſis, quæ nunc dantur, ſpectando Authorum opiniones, haud facilè determinabitur* H; *probabilius videtur, eam colligi ex Concilijs, & Scriptura ſacra.* II. *Pœnitentiæ infuſæ habitus deteſtans* peccatũ vẽ. *nec phyſicâ, nec metaphyſicâ, ſeu inadæquatâ ſpecie diſtinguitur ab habitu eiuſdem virtutis deteſtante peccatum mortale* I. III. *Differt à Pœnitentia naturali non tantùm ex parte* principij actiui K; *verùm etiam penès* obiectum formale L, *quod reſpectu Pœnitẽtiæ ſupernaturalis neceſſariò debet eſſe ſupernaturale* M, *idemq; iudicium cum proportione eſto pariter de omnibus alijs virtutibus ſupernaturalibus ad virtutes naturales comparatis* N.

A. D. Thom q. 86 a. 3. & alij communiter teſte Peſantio ibid. diſp. 1. concl. 3. *B.* Dicaſtillo diſp. 1. 2. C. Peſantius citatus concl. 2. Lugo diſp. 2. Sect. 4. n. 57.

Caſp. Tract. 24. diſp. 1. Sect. 1. n. 24. contrarium opinantur Suar. diſp. 7. Sect. 2. Coninck diſp. 1. dub. 4. alijque Recentiores, quos tacito nomine refert Dicaſtillo n. 23. *D.* Peſantius concl. 1. Lugo Sect. 1. Caſpenſis Sect. 1. n. 15. In oppoſitũ ſtant Suar. diſp. 7. Sect. 1. atque atteſtante Lugone n. 5. in fine multi Recentiores, eandemque ſententiam, vt idem Author aduertit, reipſa ſequitur quoque Coninck. diſp. 1. dub. 4. *E.* D. Tho. q 85. a. 2. & 3. Vaſq. ibidem dub. vnico. Hurtad. diſp. 1. diff. 3. vbi quoque ait eſſe communem Scholaſticorum in 4. diſt. 14. Gamachæus Tract. de Pœnit. cap. 2. aſſert. 1. Caſp. Sect. 1. n. 16. & alij multi. *F.* Scholaſtici quotquot docent, Pœnitentiam eſſe virtutem formaliter ab omnibus alijs Virtutibus infuſis diſtinctã. Videatur Arriaga. Tom. 1. in 1. 2. diſp. 35. n. 23. & Lugo diſp. 1. de Fide. n. 237. *G.* Colligitur ex Arr. ibidẽ. & Lug. diſp. 1. de Fide n. 237. *H.* Valde enim in hac difficultate diſcrepant inter ſe Doctores, præſertim Recentiores. *I.* Ouied. 1. 2. Tract. 3. Contr. 3. n. 47. & paſſim alij. *K.* De quo nõ eſt vllum dubium inter Theologos. *L.* Communior Doctorum ſententia. *M.* Videantur D. Tho. 1. 2. q. 63. a. 3. Vaſq. 1. 2. diſp. 86. cap. 5. & 6. Tannerus 1. 2. diſp. 3. q 4. dub. 2. & Ou. 1. 2. T. 3. C. 2. p. 7. n 86. *N.* Vaſq. Tan. & alij multi apud Ouiedum citatum.

18. Non

18.

Non repugnat aliquis habitus Pœnitentiæ ſupernaturalis qui efficienter *emanet à ſua gratia habituali* A; *at neque etiam repugnat alius eiuſdē Virtutis habitus, qui* exigitiuè duntaxat *ab illa cauſetur*, effectiuè *verò à ſolo Deo* B: *atque poſterioris huius generis eſſe habitū Pœnitentiæ, qui nūc datur, vt vtcunque liquet* C, *nequaquā tamen de fide* D.

Cauſa effe-ctrix.

II. *Potiſſimum fundamentum modò poſitæ aſſertionis ſumitur tum ex Concilio Tridentino* E, *tum ex paritate, & comparatione ad alias Virtutes infuſas (quarum aliquas* F *conſtat nequaquam emanare à gratia); abſtrahēdo enim ab hoc, conſulendoq́; præciſè Philoſophiā, haud habemus argumentum ſufficiens aliter de hoc habitu philoſophandi, quā de potentijs naturalibus reſpectu eſſentiæ* G, *quas probabilior ſententia docet à ſua eſſentia emanare* H, *& non à generante, aut creante produci.*

A. Ouied. l.2. Tr.8. Contr.3. p.1. n.3. *B.* Idem ibidem. *C.* Videantur paulò antè citatus Autor, Suar. lib.6. de gratia c.4.

atque Lugo diſp. 16. de Fide S. 1. *D.* Ouiedus cit. & Lugo diſp. 16. de Fide. n. 3. E. Seſs. 6. de Iuſtificatione c. 7. *F.* Nempe Fides, Spes, & habitus piæ affectionis inclinans ad actus Fidei Diuinæ. *G* Nam etiam habitus infuſi ſe habent ad modũ potentiæ reſpectu gratiæ habitualis, vt videre eſt apud Doctorem Angelicũ. 1. 2. q. 110. a. 3. ad 3. & a. 4. ad 1. Conradum, & Capreolum, Granadum 1. 2. Contr. 8. de gratia Tr. 4. diſp. 3. Lugonem diſp. 1. de Fide. n. 236. & diſp. 16. Sect. 1. Quiedum. 1. 2. Tr. 8. Contr. 3. n. 4 ac 5. aliosq; paſſim. *H.* Apud Granadum, propter quam exiſtimat etiam habitus virtutum infuſarum, qui nunc dantur emanare efficienter à gratia habituali; quam opinionem & Lugo & Ouiedus probabilem eſſe innuunt.

19.

Gradus intenſionis.

Tam Pœnitentiæ, quàm aliarum virtutum infuſarũ habitus, qui nunc dantur gradibus intenſiuis *conſtant* A. *probabiliusq; perfectione indiuiduali heterogeneis* B.; *id quod pariter de eorundem actibus dicendum* C. II. *Non intenduntur* phyſicè *à proprijs actibus* D, *ſed tam ab his, quàm à quibuſcunque alijs honeſtis actibus* moraliter dun-

duntaxat, & meritoriè E, *& quidem ſolummodo quando & hi, & illi æternâ vitâ digni ſunt* F. III. *Ab actibus tamen ſupernaturalibus tã Pœnitentiæ, quàm aliarum Virtutum valde probabiliter producitur habitus ſupernaturalis acquiſitus* G, *cuius munus ſit ad actus virtutum infuſarum* facilitare.

A Videatur Coninck diſp. 21. de Caritate dub. 1. n. 31. & ſeqq. vaſq. 1. 2. diſp. 82. cap. 3. Ouied. 1. 2. Tr. 3. contr. 3. n. 42. *B* Coninck. ibidem. Pallauicinus lib. 3. Aſſertionum Theolog. cap. 21. plurimiq; alij C Eſt contra nonnullos Neoterios exiſtimantes actus voluntatis, & intellectus tã naturales, quã ſupernaturales cõſtare gradibus virtualiter tantùm, ſeu ratione noſtrâ duntaxat diſtinctis. *D*. Communis, & indubitata ſententia, nec ſine temeritate negabilis, ut cenſet Suarez, quamuis Arriaga Tr. 1. in. 1. 2. diſp. 32. ſect. 1. n. 3. oppoſitam opinionem non adeò improbabilem exiſtimet. *E* Opinio in ſcholis decantatiſſima. *F*. Celebris cõſenſu Doctorum theſis. *G*. Gaſpar Hurtadus 1. 2. diff. 5. & in Tr. de Pœnit. diſp. 1. diff. 5. in fin. Arriaga de Anima diſp. 9. ſect. 1. ſubſ. 2 n. 18. & 1. 2. To. 1. diſp. 32. ſect. 1. n. 4. & 5. in eandem propendet Petrus Hurtadus

diſp. 16. de anima ſect. 8. n. 74. illamque poſſe defendi, & probabilem eſſe innuit Vaſq. tum 1. 2. diſp. 79. cap. 10. tum alibi; atq; ex antiquis eam docuêre Petrus Bergamenſis in Tabula aurea dub. 697. & Almainus in 3. diſt. 23. q. 3.

Influxus in ſuos actus.

20.

Habitus Pœnitentiæ Infuſæ non tantùm dat ſimpliciter poſſe, *eſt etiam* facile operari A; *& quidem tam* phyſicum, *quàm* intentionale B. II. *Facilitas* phyſica, *quæ ab eo præbetur, conſiſtit in hoc, quòd conferat poteſtatem, eliciendi actum cum minore cæteris paribus conatu, minoribúsve propriæ actiuitatis, ac virium impenſis* C. Intentionalis *autem poſita eſt in eo, quòd fundet maiorem ſpem exiſtentiæ actus, ad quē inclinat, quàm, quæ daretur ſecluſâ eâdem facilitate* D. III. *Prior facilitas oritur ex augmento graduum ad productionem actûs neceſſariorū* E: *poſterior verò naſcitur ex exiſtentia facilitatis phyſicæ modò explicatæ, delectationis, tranquillitatisq; animi, atque aliorum huiuſmodi effectuum formalium conſequen-*

quentium actum antea elicitum ſimilẽ illis actibus, qui ab habitu Pœnitentiæ proficiſci poſſunt F.

A. Communior ſententia, colligiturq́; ex poſtrema particula receptiſſimæ illius definitionis apud Ouied. 1.2. Tr.3. Contr. 2. n. 30. quâ Virtus Moralis infuſa dicitur (Virtus, quę à Deo tanquam à cauſa efficiente adæquata producitur abſque vllo concurſu phyſico creaturæ, & quæ ſimpliciter ad operandum, & non ſolùm ad faciliùs operandum requiritur.). Contrarium tamen opinantur Vaſq. 1.2. diſp. 85. n. 1. quem ſequuntur Coninck hic diſp. 2. n. 175. Card. de Lugo hîc diſp. 11. Sect. 3. n. 54. nec non Arriaga 1.2. To. 1. diſp. 40. n. 3. *B.* Hæc duplex facilitas admittitur paſſim etiam in habitibus naturalibus. C. Alij aliter, & aliter hanc facilitatem explicant. *D.* Pronuntiatum ipsâ experientiâ certum. *E.* Doctrina longè receptiſſima. *F.* Indubitabilis Aſſertio, quamuis eius perpauci mentionem faciant.

21.

Neque Pœnitentiæ, *neque vllius alterius Virtutis habitus, concurrere poteſt ad vllum actum vel* ex obiecto A, *vel* ex circumſtantia aliqua B *intrinſecè malum; & quidem licet vel ex igno-*

rantia, vel ex inaduertentia vincibili talis actus putaretur bonus C: *ſecùs dicendum, ſi actus ſolùm* extrinſecè *vitietur* D, *aut ex ignorantiâ, inaduertentiâue inuincibili exiſtimetur bonus* E. II. *Tantùm abeſt, vt venenũ ſub melle propinent aſſerẽtes vnà cum habitu infuſo, voluntatem quoq; noſtram ad actus ſupernaturales Pœnitentiæ concurrere, vt potiùs* oppoſita opinio F *à Concilio Trid.* G *ſub anathemate damnari videatur.*

A. Omnes Thomiſtæ cum Angelico Doctore, vti teſtatur Curiel. 1. 2. in Tr. de Virtutibus, ſubſcribuntq; paſſim alij contra Scotum, & nonnullos alios. *B.* Eſt itidem communiſſima, vti ex modò citato Authore liquet. *C.* Ratio eſt, quia ignorantia, aut inaduertentia vincibilis haud ſufficiunt, vt actus, qui aliquo ex dictis capitibus eſt *malus materialiter*, non ſit *malus formaliter*; vti conſtat ex D. Thom. 1. 2. q. 6. a. 8. Adde nec à Fide, nec à Prudentiâ, aut à recta ratione poſſe dictari, exercendum eſſe huiuſmodi actum: ergo virtus moralis, præſertim infuſa, nequit ad illũ cõcurrere, vt communiter docetur in 1. 2. *D.* S. Doctor q. 2. de malo. a. 4. ad 2. Grana-

nadus 1.2. Tr. 9. diſp. 3. n. 2. & n. 8. & Tr. 10. diſp. 3. n. 10. Tract. 14. diſp. 1. n. 9. Ouiedus 1.2. Tr. 3. Contr. 2. p. 2. Lugo Card. in præſenti diſp. 15. Sect. 9. Arr. 1.2. Tom. 1. diſp. 18. Sect. 2. Curiel. 1.2. q. 109. a. 8. dub. 8. & reipſa idem traditur à Coninck. diſp. 14. de Fide dub. 3. n. 19. *E.* ſententia communiſſima, cuius contrarium vix vllus aſſerere hactenus auſus fuit. *F.* Thomiſtarũ Recentiorum, Peſantij. 1. p. q. 12. a. 6. diſp. 2. Not. 3 & Zumel 1. p. q. 12. a. 5. diſp. 3. exiſtimantiũ habitus ſupernaturales eſſe totam rationem producendi actus vitales ſupernaturales. *G.* Seſs. 7. can. 4.

Caput VI.

De Actibus Virtutis Pœnitentiæ.

§. 22.

Actus Pœnitentia

in vniuerſũ.

A*Ctus Pœnitentiæ rectè diuiduntur in* Elicitos *&* Imperatos; Efficaces, *&* Inefficacees; Abſolutos, *&* Conditionatos; Proſecutionis, *ac* Fugæ, *&c.* A. II. *Non omnes ſed aliqui duntaxat important formaliter reſpectum aliquem ad peccatum;* Eliciti *intrinſecè; Imperati ſaltem quà tales extrinſecè* B. III. Conditionati *ab* abſolutis *nequaquã tantummodò extrinſecè per ſolum actum conditionatũ* intelle-

intellectus C, *aſt etiam intrinſecè per ſuammet eſſentiã* D *differunt.* IV. *Nullus de facto datur huius Virtutis actus, qui ſit actus* meræ Fugæ E: *num autem de poſſibili repugnet, patet ex dictis* §. 10.

A. Suar. diſp, 3. & Lugo Card. diſp. 4. Vterq; per totam diſp. *B.* Iidem ibidem. C. Lug. diſp. cit. n. 11. & diſp. 25. de Incarn. n. 14. & ſeqq. 2. contra Vaſq. 1. 2. diſp. 42. c. 4. diſp. 43. c. 3. & Tom. 1. in 3. p. diſp. 73. n. 6. negantem vniuerſim actus voluntatis in entitate ſua cõditionatos, cui fauent Suar. diſp. 3. Sect. 3. n. 3. Tann. diſp. 6. q. 2. n. 48. atque Arr. diſp. 7. de anima n. 26. *D.* Ratio à priori eſt, quia ſicut intellectus pro obiecto habet omne verum, nempe tam abſolutum, quàm conditionatum, ita pariter voluntas pro obiecto reſpicit omne bonum, tam abſolutum, quàm conditionatum: ſicut igitur ob cauſam modò allatam conceduntur ab omnibus in intellectu actus intrinſecè, atque eſſentialiter conditionati, cur ſimiliter ob parem omninò rationẽ non admittantur itidem in voluntate? *F.* Fundamentum aſſerti huius eſt, quòd vti liquet ex ſuprà dictis, nullus elici poſſit à Pœnitentia actus, niſi ex amore Obiecti CVI: ergo nullus de facto datur huius virtutis actus, qui non

ſit

ſit amor Obiecti CVI, & per conſequens nullus actus Pœnitentiæ datur, qui ſit actus meræ fugæ.

23.

E numero actuum Virtutis Pœnitentiæ non actus Complacentiæ, ac Diſplicentiæ; non Intentio ſatisfaciendi Deo pro offenſa; item nec Propoſitum non peccandi de cætero; at neque Gaudium de peccato condonato, peccatóve non commiſſo, excludendi ſunt A. II. *Deteſtatio, & Dolor de peccatis plerumque inter ſe realiter* B *diſtinguuntur; túncque illa eſt huius cauſa* C, *eo perfectior* D, *magis libera* E, *magisq; peccato repugnans* F, *quàm iſte.* III. *Deteſtatio peccati, Intentioq; illud deſtruendi modò reipsâ, modò ſola ratione differunt* G. IV. *Ad remiſſionem noxæ per Pœnitentiam obtinendam nequaquam exigitur Odium diſtinctum à Deteſtatione culpæ* H. V. *Actus Retractationis ad delendum peccatum neceſſarius reſpectu præteritæ noxæ non* abſolutus, *aſt ſolummodo* conditionatus *eſt* I,

ne-

Digitized by Google

nequaquam tamen ſufficit actus ſimplicis Diſplicentiæ; ſed quantum ex ſe ſerius & efficax *eſſe debet* K. VI. *Actus Fugæ, quibus Pœnitentia auerſatur Peccatum plerumq; ſunt etiam* formalis amor honeſtatis *deſcriptæ* §. 7. L. *quandoque dantur quoque actus huius Virtutis, qui etiam ex parte obiecti formalis* quod *ſint actus meræ fugæ* M. VII. *Vnus idemq; numero actus partim ex Pœnitentiæ, partim ex aliarum Virturum motiuis elici poteſt* N. VIII. *Peccati deteſtatione poſitâ nequit cōtineri, ſeu cohiberi dolor de peccatis, ſi deteſtās ratione ſui ſtatus illius capax ſit* O.

A. Suarez diſp. 3. & Lugo diſp. 4. *B.* Lugo n. 5. Caſpenſis diſp. 3. n. 8. & atteſtante Soario Sect. 4. n. 3. communis Theologorum ſententia. *C.* Iidem. Aliquando tamē eos inter ſe identificari indicat Coninck. diſp. 1. dub. 2. n. 7. *D.* Conick diſp. 1. dub. 2. n. 12. & alij apud Peſan. in addition. ad 3. p. q. 5. a. 5. diſp. 2. concl. 2. *E.* Idem ibidem. *F.* Coninck. citatus. *G.* Idē n. 7. *H.* Nunnus in Supplem. q. 1. a. 1 atque Coninck n. 6. aduerſus Soarium ſect. 2. n. 7. ac nonnullos alios apud Coninck ſu-

ſuprà I. Sotus in 4. diſt. 14. q. 2. a. 1. Suar. diſp. 3. ſect. 3. Coninck. diſp. 1. dub. 2. Lugo diſp. 4. n. 13. videtúrq; expreſſa ſententia D. Thom. 1. 2. q. 13. a. 3. ad 1. & alijs locis à Suare allatis. Pro cōtraria opinione ſtant Ioannes Medina C. de Pœnit. T. 1 q. 1. Adrianus in 4. q. 1. §. *pro huius &c.* Tanner. diſp. 6. q. 2. dub. 3. n. 48. atque alij *K.* Lugo diſp. cit. n. 23. oppoſitam ſententiam tuentibus Adriano, Coninck. & Tanner. paulò ante relatis. *L.* Vide ibidem dicta. *M.* 1. N. Communis. *O.* Coninck n. 10.

24.

A Pœnitentia imperari *poſſunt actus tam interni, quàm externi cuiuscunq; potentiæ, ac Virtutis quantumuis præſtantiſſimæ, etiam Fidei, Spei, & Caritatis, dummodo aliquo modo conducere hi queant ad conſeruandam, reparandamq; æqualitatem cum iure Diuino* A *§. 7. explicatam.* II. *Tantùm autem abeſt, vt per hoc vel deprimatur, vel depretietur majeſtas habituum nobiliſſimorum, vt per hoc potiùs augeatur* B. III. *Reſtitutio quando à* Pœnitentia *imperatur, licet aliquo modo ſpectet ad* Actus à Pœnitētia imperabiles.

actus

actus, quibus reparamus ius Dei læſum, potiùs tamen pertinet ad actus, quibus eiuſdem juris Diuini vlteriorem violationem auferimus C.

A. Suar. diſp. 6. ſect. 1. & 2. Caſp. diſp. 3. n. 2. Patétque ex vniuerſali illa regula apud Lugonē diſp. 4. n. 1. quæ eſt, (eos omnes actus poſſe à Pœnitentia imperari, qui utiles apprehēduntur ad finē Pęnitentiæ aſſequendnm). *B*. Videatur Scot. in 4. diſt. 14. q. 2. litt. H. Suar. diſp. 34. ſect. 3. n. 10. & ſect. 4. n. 13. Leſſius lib. de Iuſtitia cap. 36. n. 13. ac Malderus. 2. 2. q. 32. a. 1. C. Suar. diſp. 6. ſect. 1. n. 2. & ſect. 2. n. 3.

Contritio communis perfectæ, & imperfectæ.

25.

Contritio, vt communis Contritioni Perfectæ, & Imperfectæ, *reſpectu ſui obiecti materialis eſſentialiter eſt formalis actus* Fugæ A: *reſpectu motiui QVOD tum Fugæ, tum Proſecutionis actus eſſe poteſt* B: *reſpectu verò motiui CVI non niſi amoris actus eſt* C. II. *Non conſiſtit vel in ſola offenſæ Diuinæ Deteſtatione* D, *vel in ſolo de hac offenſa Dolore* E; *ſed in ſuo ſaltem* integrali conceptu *vtrumque* F *includere videtur, & quidem* in recto G; *tametſi*

ſi illam magis, iſtum minùs principaliter H. III. *In praxi tamẽ haud eſt, quòd ſibi quis faciat ſcrupulum, num elicitâ Deteſtatione habuerit quoque Dolorem; in ſubiecto enim capaci dolor naturaliter ſemper ſequitur* I *Deteſtationem peccati proprij. ſecùs ſe res habet in Dolore reſpectu deteſtationis, qui cum ex ſimplici quoque Diſplicentia peccati oriri queat* K, *nequaquam ſemper eſt ſignum Deteſtationis ad Contritionem neceſſariæ.* IV. *Propoſitum nõ peccandi de cætero ita ad illam exigitur, vt ſine ipſo vel* implicitè, *vel* explicitè *importato nequaquã ea ſubſiſtat* L. V. *Rectè diuiditur tanquam in membra adæquata*, in Contritionem perfectam, & Attritionem M.

A. Communiter Doctores, conſtatq; ex uſu, atque ſignificatione ipſius vocis. *B.* liquet ex dictis §. 7. & §. 8. *C.* Paſſim Theologi. *D.* Vti cenſet Caietanus in opuſc. Tom. 1. Tr. 4. q. 1. Caſpenſis diſp. 3. ſect. 4. n. 34. de Contritione perfecta loquens. *E.* ſicuti videtur ſentire Vega lib. 13. in Trid. cap. 25. *E* Henr. lib. 4. cap. 26. n. 6. & 7. Coninck. diſp. 1. dub. 2. n. 10. Lugo.

Lugo diſp. 4. ſect. 1. n. 6. aduerſus Hurt. diſp. 2. diff. 1. exiſtimantem ad rationem Contritionis ſufficere ſub disjunctione vel dolorem expreſſum, vel deteſtationē expreſſam. G. Ratio eſt, quia Contritio hæc à Trid. ſ. 14. c. 4. definitur per utrumq; hunc actū *coniunctim*, atq; *in recto* ſumptū. *H*. Fundamentum aſſertionis huius eſt, quòd honeſtas, & libertas Contritionis principalius reperiatur in Deteſtatione; vt enim ſuprà dictum, Deteſtatio eſt magis libera, magisque repugnat peccato, quàm Dolor, vtpote qui oriatur neceſſariò ex Deteſtatione. *I*. Videatur Coninck dub. ſuprà citato, *K* Experientiâ notum. *L*. Theologi omnes, qui poſt Concilium Tridentinum ſcripsêre. *M*. Scholaſtici communiter.

26.

Contritio perfecta. *Inter actus* imperatos *Pœnitentiæ ex genere ſuo præcipuus eſt* Contritio perfecta A. II. *Hæc per ſe loquendo duplex eſt, nempe* Naturalis, *&* Supernaturalis B. *Naturalis in præſenti rerum ſtatu non datur* C; *de poſſibili haud repugnat* D: *contra verò Supernaturalis de facto ſemper etiam* quoad ſubſtantiam *ſupernaturalis eſt* E, *licet pariter*

Digitized by Google

riter in alio rerum ordine non implicet, quæ quò ad modum *duntaxat Supernaturalis ſit* F. III. *Contritio Supernaturalis ſecundum præſentia Diuinæ voluntatis decreta ſemper eſt formata gratia ſanctificante* G; *nequaquam tamen phyſicè vel procedit, vel per vllam potentiā procedere poteſt ſiue ab illa, ſiue ab habitu Caritatis ad quem diſponit* H. *nec oppoſitum docet D Thomas.*

A. Colligitur ex Trid. ſeſſ. 14. de Pœnit. cap. 4. *B.* Ita ferè omnes, qui concedunt, per ſe loquendo dari poſſe duplicem Amorem Dei ſuper omnia, naturalem ſcilicet & ſupetnaturalem, qui videri poſſunt apud Arriagam Tom. 2. in 1. 2. diſp. 39 & Ouiedum 1. 2. Tr. 7. contr. 3. p. 2. C. Sententia longè communiſſima. *D.* Saltem *quoad ſubſtantiam*; id quod pariter admittunt communiter illi, qui concedunt nō repugnare amorem Dei ſuper omnia in ſubſtantia ſua naturalem. *Æ.* In hac aſſertione conueniunt ferè omnes Theologi contra Scotum, & nonnullos alios. *F.* Scotus in 4. diſt. 14. q. 2. a. 1. Gabriel q. 1. Caiet. Tom. 1. opuſc. Tr. 4. q. 1. G. Aſſertio teſte Soario certa, & ab omnibus recepta. *H.* Card. de Lugo diſp. 8. dicens eſſe communem Societatis noſtræ ſententiam cō-

tra

tra Vaſq 1.2. diſp. 211. Valentiam diſp. 8. q. 3. p. 4. §. 2. & q. 5. p. 4. quæſtiunc. 2 & Turrianum 2. 2. diſp. 77. dub. 3.

27.

Nullum prorſus eſt peccatum proprium, *ſeu* Perſonale, *ſeu* Originale, *quod Contritio perfecta nequeat deteſtari, ac retractare* A. II. *In peccato non tantùm malitiam actus, aſt & ipſum quoq; actum intrinſecè malum deteſtatur* B, *deteſtatione ſcilicet* practitiâ C, *non verò* Speculatiuâ D. III. *Noxam, quam deteſtatur plus odit quatenus eſt offenſa Dei, quàm quatenus eſt nociua deteſtanti* E. IV. *Ex peccatis perſonalibus abominatur plus grauius, quàm minùs graue, ſi proprium fuerit* F; *aliàs* culpam propriam *leuem exſecratur magis, quàm* alienam *grauem* G. *imò & ſub aliqua ratione plus illam deteſtatur, quàm* Originalem propriam, *ſiue de Actuali, ſiue de Habituali ſermo ſit* H.

A. Patet ex dictis §. 5. *B.* Suar. diſp. 4. ſect. 6. n. 18. repugnantibus nonnullis apud Vegam in Trid. lib. 13. c. 25. *C.* Ita Sci

licet

licet, ut non ſit eligibile à pœnitente propter vitationem ullius mali, ut rectè explicant Lugo diſp. 5. ſect. 3. & Pallauic. lib. de Actibus humanis n. 209. & ſeq. *D.* Quâ nimirum prudenter, & honeſtè permitti poteſt à contrito propter quodcunque ingens bonum, vti ijdem Authores optimè exponunt. *E.* Suar. diſp 3. ſect. 10. atque Lugo diſp. 5. ſect. 4. n. 39. Et ratio eſt, quia aliàs inquit Gamach. hic c. 7. aſſert. 1. non eſſet perfecta Pœnitentia, ſed imperfecta, nec mereretur nomen Contritionis, ſed ad ſummum Attritionis, vt per ſe notum. Et de huius quoq; pronunciati veritate nulla apud Doctores dubitatio eſt. Scot diſt. 17. q. 2. Peſant. in Addition. ad 3. p. q. 5. a. 5. diſp 6. Lugo diſp. 5. ſect. 4. *Deteſtari autem vnum peccatum magis, quàm aliud* rectè explicatur à Lug. n. 39. per hanc conditionalem (ſi committendum eſſet alterũ ex his duobus peccatis, potius admittendum eſſet leuius, quàm grauius; v. g. ſi mihi eſſet neceſſariũ vel furari, vel negare fidem, potiùs vellẽ furari, quàm abnegare fidẽ. & quidem neceſſitas hęc nunquã per ſe loquẽdo occurit, cùm nunquam ex rerum natura neceſſarium ſit committere peccatum aliquod ad vitandum aliud peccatum; ex ignorantia tamen, atque conſcientiæ perplexitate id non repugnat. *G* D. Thom. 2. 2. q. 26. a. 4. Peſan, modò citatus. communiſq; Theo-

log. ſententia apud Soarium ſect. 10. n. 10. & Lug. n. 50. H. Quatenus ſcilicet *Originale* non ita propriè noſtrâ voluntate commiſſum eſt, atque *Perſonalia*.

28.

Ad contritionem omnino neceſſariũ eſt, ut virtualiter *ſaltem deteſtetur quæcunq; peccata mortalia pœnitẽtis* A, *tum præterita, tum futura; & quidem pro omni caſu imaginabili* B. II. *Deteſtari autem ea debet ſuper omnia mala* C, *ipſos etiam æternos Inferorum cruciatus ſeclusâ ratione culpæ ſpectatos* D. *rectè tamen hîc aliqui monent ad deteſtationem peccati ſuper omnia deteſtabilia à* Contritione *importatam nequaquam requiri* formalem, explicitámque comparationem cum omnibus malis, *ſed ſufficere* virtualem, *atq; implicitam* E. *imo hominibus minùs perfectis conſultius eſt abſtinere à comparationibus expreſſis ad mala diriora* F, *idemq; multò magis dicendum* de hypotheſibus ad res impoſſibiles; *ſi tamẽ fortè huiuſmodi ſuppoſitiones fiant, eligendum à pœnitente id, quod ratio ſe-*

cun-

cundum regulas conſcientiæ perplexæ dictat G.

A. Communis Theologorum *B.* Idem paſſim. *C.* Communis, veriſſimaque ſententia, ut bene advertit Lugo diſp. 5. ſect 2. n. 19. *D.* Lugo diſp. cit. ſect. 5. n. 32. Oppoſitam opinionem ſequuntur nonnulli Neoterici exiſtimãtes repugnare, vt amẽtur à caritate æterni cruciatus inferni, nõ modò ſeclusâ ratione culpæ, verùm etiã quatenus præcisè important æternam à Deo ſeparationẽ; quibus fauet P. Pallauic. lib. de Actibus humanis n. 111. in fine indicans in nullo caſu ac hypotheſi poſſe quem velle id, ex quo videt neceſſariò ſecuturam ſuam inimicitiam cum Deo per totam æternitatem. Quod licet veriſſimũ ſit per ſe loquendo; per accidens tamen in aliquo caſu id omnino negandum, in hypotheſi ſcilicet, quâ quis ad vitandum peccatum mortale neceſſarium eſſe arbitraretur velle æternos pœnæ cruciatus; in huiusmodi enim caſu ad vitationem peccati eligendæ omnino eſſent inferorum pœnæ. & ratio eſt, quia noxa lethalis magis aduerſari videtur dilectioni erga Deum, quàm carentia vnionis voluntatis noſtræ cum voluntate Diuina, quam maximè reſpicit dilectio erga Deum. *E.* Suar. diſp. 3. Sect 9. Lugo diſp. 5. Sect. 2. n. 20. Gamach. hîc cap. 7. Caſpenſis diſp. 3.

3. Sect.

Sect. 2. n. 23. dicens eſſe communẽ Doctorum. Contrariam ſententiã ſequitur Arriaga 1.2. Tom. 2. diſp. 39. Sect. 1. n. 1. negans ſine aliqua expreſſa comparatione poſſe appretiationem ſuper omnia explicari. *F.* Quia vt optimè præcitati Authores, facilè fieri poteſt, vt inde vel à peccati deteſtatione deterreãtur, vel ſi iam peccata rectè deteſtati ſint, ne ex humana fragilitate contritionẽ tetractent, in nouumque peccatum labantur. Ceſſante autem huiuſmodi periculo haud tales comparationes hypotheſque reprӕhendendæ ſunt. *G.* Videatur P. Breſſerius lib. 5. de Conſcientia cap. 17. n. 161.

29.

Contritio extra Sacramentum infallibiliter *delens peccatum neceſſariò nititur* motiuo Caritatis Diuinæ A, *oppoſitaq; opiniones aſſerentium, eam poſſe quoque elici ex motiuo Iuſtitiæ* B, *Religionis* C, *Pœnitentiæ Specialis* D, *&c. utut alijs* E *probabiles ſint, nobis veræ non videntur* F. II. *Illius motiuum formale (ſaltem primarium) eſt ſola infinita Dei bonitas, tum omnium perfectionum Diuinarum* collectim *ſumptarum* G, *tum etiam ſingularum* ſingulatim H *conſideratarum.* *A.* Eſt

A. Eſt communis omniũ ferè Theologorũ, vt teſtatur Lug diſp.5.Sect.1.n.10. à quibus, inquit, in re tanti momenti non eſt facilè recedendum. Vaſq. verò q. 85. a.2.n.45.adeò veram hanc ſententiam eſſe exiſtimat, vt oppoſitas erroneas eſſe dicat. Eandem retractatâ priore ſententiâ, quam aliquando ſecutus fuerat, amplectitur P. Suar. diſp. 4.Sect.2. Alij verò referente eodem Eminentiſſimo (vt omnino certã ſupponunt ſine vlla ratione dubitandi.) *B.* Quod aliquando ſibi placuiſſe ait Suar. cit. *C.* Vt nonnulli opinati ſunt apud Lugonem n. 3. *D.* Quod cenſent alij Recentiores ab eodem Authore citati. *E* P. Dicaſt diſp. 2. dub.4.n.106. cui fauet Lugo Sect. 1.n.4. *F.* Quia Scripturæ, Concilio Tridentino, Patribus, & Theologis paſſim aduerſantur. *G.* Eſt omnium ferè Theologorum, vt indicat Lugo n.10. *H.* Ratio eſt, quia quælibet perfectio Diuina omnibus rebus creatis præponi debet, ſuperque omnia diligi meretur.

30.

Ad Contritionem perfectam non ſufficit, ut ex quocunque motiuo dilectionis erga Deum *deteſtetur quomodocunq; omnia peccata pœnitentis, ſed inſuper omnino requiritur, vt ea de-*

 teſte-

teſtetur ſuper omnia A, *Vnde patet* I. *ad perfectam Contritionem nequaquam ſufficere, ſi ex dilectione aliqua erga Deum deteſtetur* formaliter *vnum aliquod peccatum mortale* B; *ſed præterea neceſſarium eſſe ut illud deteſtetur* ex amore Dei ſuper omnia dilecti E. *Ex quo vlteriùs patet* II. *non quemcunque amorem* amicitiæ ergaDeum *ſufficere extra Sacramentum ad iuſtificationem, delendúmque peccatum* D, *verùm eum oportere eſſe* amorem amicitiæ ſuper omnia.

A. Indubitata ſententia, vt videre eſt apud Lugonem diſp.5.Sect.2.n.19. *B.* Arriag.1.2.To.2.diſp.39.Sect.1.n.1. & patet; poteſt enim quis amore beneuolentiæ diligere Deum in ordine ad deteſtandum vnum duntaxat peccatum v.g. peccatum Idololatriæ, blaſphemiæ,&c. non tamen in ordine ad exſecrandam retentionē rei alienæ, vindictam, &c. Et ratio eſt, quia non omnis *amor beneuolentiæ* erga Deum eſt perfectus; ſed aliquis etiam imperfectus, non adhærens nimirū Bonitati Diuinæ ſuper omnia, ſed ſolùm ſecundum quid. *C.* Suarez diſp.4.Sect.2.Vaſq.q.85. a.2.dub.vn, & ſępe alibi Coninck.diſp.2. dub.

dub.2. Turrianus diſp. 9. dub. 1. Hurtadus diſp. 2. diff. 1. Caſpenſis diſp. 3. Sect. 3. Eſtque ſententia communis, & veriſſima inquit Lugo diſp. cit. Sect. 2. n. 19. *D.* Doctrina communiſſima.

31.

Amor autem Dei ſuper omnia dilecti *ad Contritionem neceſſarius nō eſt, vel amor erga Deum ſummè intenſus* A, *vel amor intenſior ſuper omnes actus, qui eliciuntur eodem tempore* B; *ſed eſt amor erga Deum* appretiatiuè ſuper omnia dilectum C. II. *Quomodo autem* hæc appretiatio *ſuper omnia explicanda ſit, difficillimum eſt, vt obſeruat Arriaga* D, *qui nullam inueniens aptiorem illius declarationem, docet eam conſiſtere in expreſſa aliqua comparatione ad omnia bona, & mala. Verùm hæc ſententia & contra communem, & minimè vera videtur propter ea, quæ §. 28. litt. D. indicata ſunt; adde quòd ea explicatio conueniat ſoli* explicitæ appretiationi, *non verò* implicitæ; *quam dari ſupponunt paſſim Doctores.* III. Loquendo igitur de ap-

teſtetur ſuper omnia A, *Vnde patet* I. *ad perfectam Contritionem nequaquam ſufficere, ſi ex dilectione aliqua erga Deum deteſtetur* formaliter *vnum aliquod peccatum mortale* B; *ſed præterea neceſſarium eſſe ut illud deteſtetur* ex amore Dei ſuper omnia dilecti E. *Ex quo vlteriùs patet* II. *non quemcunque amorem* amicitiæ erga Deum *ſufficere extra Sacramentum ad iuſtificationem, delendúmque peccatum* D, *verùm eum oportere eſſe* amorem amicitiæ ſuper omnia.

A. Indubitata ſententia, vt videre eſt apud Lugonem diſp.5.Sect.2.n.19. *B.* Arriag.1.2.To.2.diſp.39.Sect.1.n.1. & patet; poteſt enim quis amore beneuolentiæ diligere Deum in ordine ad deteſtandum vnum duntaxat peccatum v.g. peccatum Idololatriæ, blaſphemiæ,&c. non tamen in ordine ad exſecrandam retentionẽ rei alienæ, vindictam, &c. Et ratio eſt, quia non omnis *amor beneuolentiæ* erga Deum eſt perfectus; ſed aliquis etiam imperfectus, non adhærens nimirũ Bonitati Diuinæ ſuper omnia, ſed ſolùm ſecundum quid. *C.* Suarez diſp.4.Sect.2. Vaſq.q.85. a.2.dub.vn, & ſępe alibi Coninck.diſp.2.

dub.

dub. 2. Turrianus diſp. 9. dub. 1. Hurtadus diſp. 2. diff. 1. Caſpenſis diſp. 3. Sect. 3. Eſtque ſententia communis, & veriſſima inquit Lugo diſp. cit. Sect. 2. n. 19. *D.* Doctrina communiſſima.

31.

Amor autem Dei ſuper omnia dilecti *ad Contritionem neceſſarius nõ eſt, vel amor erga Deum ſummè intenſus* A, *vel amor intenſior ſuper omnes actus, qui eliciuntur eodem tempore* B; *ſed eſt amor erga Deum* appretiatiuè ſuper omnia dilectum C. II. *Quomodo autem* hæc appretiatio *ſuper omnia explicanda ſit, difficillimum eſt, vt obſeruat Arriaga* D, *qui nullam inueniens aptiorem illius declarationem, docet eam conſiſtere in expreſſa aliqua comparatione ad omnia bona, & mala. Verùm hæc ſententia & contra communem, & minimè vera videtur propter ea, quæ §. 28. litt. D. indicata ſunt; adde quòd ea explicatio conueniat ſoli* explicitæ appretiationi, *non verò* implicitæ; *quam dari ſupponunt paſſim Doctores.* III. *Loquendo igitur de* ap-

pretiatione implicita ſuper omnia, *rectè ea ſtatuitur in modo tendendi, ſiue in differentia actûs quâ dilectio ex perfecto motiuo Bonitatis Diuinæ fertur in Deum, adeò firmâ, & perfectâ adhæſione veræ perfectæq; amicitiæ, vt voluntas vi illius ſit parata propter Bonitatem Dei relinquere omnia, quæ Diuinæ amicitiæ aduerſantur* E. *Atque per hoc optimè explicari poſſunt, tum quæ prædictus Author* F *Soario obijcit; tum etiã quomodo per Contritionẽ, & amorem Dei ſuper omnia in ſpecie ſua ſumptum, minimè determinemur ad non habendum aliquem affectum inordinatum, quo appretiemus creaturas ſupra earũ meritum; ſicq; cadamus in peccata venialia, aliasq; imperfectiones morales.*

A. Receptiſſima ſententia apud Peſant. in Additionibus ad 3.p.q.5.a.5. diſp. 6. initio contra Adrianum q.2. de Pœnit. & quodl 5. a. 5. *B.* Doctores paſſim aduerſus Petrum de Soto lect. 14. & 15. de Pœnit. C. Vide §.30. *D.* Arriaga 1.2. Tom. 2. diſp. 39. Sect. 1. n. 1. *E.* Alij, vt videre eſt apud Arriagam citatum, & Soarium tum hic Sect. 9. tum lib. 1. de Gratia cap. 31. aliter

ter, & aliter explicant hanc appretiationem; noſtra tamẽ ſententia videtur omnium expeditiſſima, vti conſideranti patebit, optiméq; ſaluat, quæcunque habentur in Scriptura, Concilijs, & Patribus de dilectione Dei ſuper omnia. *F.* Ibidem.

32.

Prædicta Contritio nec intenſionem A, *nec* durationem *certam poſcit* B. II. *Haberi poteſt in momento* C. III. *Per ſe loquẽdo nequit eſſe nimia* D, *ſed tantùm per accidens ex parte videlicet hominis iuſti* E IV. *Non importat neceſſariò propoſitum* explicitum *non peccandi in futurum; verùm ſufficit* implicitum F, *etiam in ſuorum peccatorũ memore* G. V. *Tantùm in aliquibus caſibus exigit recognitionem* explicitã *ſingulorum peccatorũ in particulari* H. V I. *Denique ad eã præter dilectionem ſuprà explicatam, identificatámq; ipſi peccatorum deteſtationi haud alio Dei amore, ſiue prauio* I, *ſiue concomitante* K *opus eſt.*

A. Communis doctrina apud Coninck diſp. 2. dub. 7. & Lugonem ſect. 7. *B.* Aſſertio paſſim recepta, ut ex ijsdem Au-

ctoribus conſtat ibidem. *C.* Gamach. de Pœnit.cap.7 aſſert.4. Caſpenſ. diſp.3.ſect. 4.n.41. *D.* Suar. diſp.4.ſect.4.n.12. *E.* Idem ibidem. *F.* Coninck diſp.2. dub. 6. n. 58. Hurtadus diſp. 2. diff. 3. Caſpenſ. diſp. 3. ſect.4.n.39. *G.* Doctores communiter *H.* D. Tho. q. 28. de Veritate a. 5. ad 3. & 4. Præpoſitus hic dub. 7. & alij plerique, vt teſtatur Suar. diſp.4.ſect 6. *I.* Caſpenſis diſp.3.n.33. Lugo diſp.5.ſect.7. n. 92. & apud eum communis ſententia. Eſt tamen contra Coninck diſp.2. dub. 6. n. 47. Layman. lib.5. Tr.6.cap.1, Pallaum Tract. 23. diſput. vnica p. 1. n. 12. & alios apud hunc. *K.* Proximè pro aſſertione noſtra citati contra nonnullos Recentiores exiſtimantes Contrionem eſſe actum imperatum à Caritate, negantesque actum imperantem eſſe priorem naturâ actu imperato.

33.

Attritio. Attritio *generatim ſumpta eſt deteſtatio, ac dolor de peccato commiſſo nitens inferiore alio motiuo, quàm ſit motiuum Contritionis perfectæ* A. II. *Sicut Contritio, ita & Attritio duplex eſt, alia nimirum* Naturalis, *alia* Supernaturalis B; *hæc* Theologica, *ac* Chriſtiana, *illa non malè* Philoſophica *appellatur.*

A. Do

A. Doctores paſſim. *B*. Diuiſio receptiſſima. *C*. Scholaſtici Recentiores, ut videre eſt apud Suar. diſ. 5. & Gamach. c. 9. § *ſed nos*.

34.

Attritio Chriſtiana *hoc eſt tam intra Sacramentum ad remiſſionem peccati mortalis, quàm extra Sacramentū ad condonationem venialis diſponens*, in ſua ſubſtantia *ſupernaturalis eſſe debet* A; *contrariaq́ſententia* B, *veritati haud conſentanea videtur* C. II. *Neceſſarium eſt, vt* efficaciter *deteſtetur omnia* D *omninò mortalia à quibus pœnitens non fuit directè abſolutus* E, *& quidem efficacitate includente ſaltem implicitum propoſitum nunquam peccandi in poſterū* F. III. *Non importat neceſſariò aliquem actum formalem amoris* Dei G. IV. *Non eſt vniuerſalis de omnibus peccatis per hoc quòd nitatur motiuo vniuerſali* H, *ſed ad id omninò neceſſe, vt ex modo ſuo tendendi, vniuerſaliter adhæreat tali motiuo* I. V. *Differt à* Contritione *perfectâ multis modis* K, *præcipuè verò* obiecto for-

Digitized by Google

mali L. *Denique ordinariè præcedit actū contritionis* M; *nō tamen ſemper* N.

A.Suar.diſp.3.Sect.6.& diſp.5.Sect.1. Gamach. c. 9. Lug. diſp.5. Sect. 9. n.130. *B*. Gregorij de Val.hîc p.2. *C*. Suar.& Gamach. citati. *D*. Implicitè ſcilicet,aut explicitè. *E*. Sic ſentiunt paſſim omnes. *F*. Suar.diſp 5.Sect.1.n.5. Coninck diſp.2. dub.14.n.129. Lugo diſp.5.Sect.9. n.144. Caſpenſis diſp.4. Sect.10.n.88 Gamach. c.9. colligitúrq; apertè ex Trident.ſeſſ.14. cap.4. dicente Attritionem ſufficere cum Sacramento,(ſi voluntatem peccandi excludat.) *G*. Sententia communiſſima contra Gamach.paulò antè citatum,nonnullósque alios recentiores exiſtimantes ab ea neceſſariò importari aliquem actum amoris Dei imperfectum, & inferiorem dilectione Dei ſuper omnia. *H*. Patet ex dictis in ſimili de Contritione. *I*. Patet itidē ex dictis ibidē. *K*. De quibus videatur Suar. diſp.5 Sect.1. Gamach. cap.9.& alij. *L*. Citati,& Lugo diſp.5.Sect.vlt. *M*. Coninck diſp.2. dub.6.n.56. *N*. Idem n.57.

35.

Præfata Attritio ex pluribus motiuis *oriri poteſt*, *vt* I. *ex metu æternæ pœnæ tum ſenſûs*, *tum damni* A. II. *Ex turpitudine*, *malitiáque peccatorum*

Theo-

Theologicè *ſumptorum* B. III. *Ex timore mali temporalis, infamia, v.g. pœna à Deo propter peccatum prouenientium* C. IV. *Ex deſiderio æternæ beatitudinis* D *aliorúmve bonorũ* E *à Deo obtinendorum. Et poſtremò etiam ex motiuo dilectionis erga Deum, quod tamen non ſit ſuper omnia* F. *Quocunque autem ex his motiuis ea nitatur aliquo modo* in fide Diuina *fundari debet* G.

A. Dogma Catholicum ex Trid. Seſſ. 14. c. 4. *B.* Sumitur ex Trid ibidẽ, *C.* Triplex circa hoc motiuum reperitur ſententia. I. Vaſquetij q. 92. a. 1. dub. 1. abſolutè negantis metum vllius mali temporalis eſſe poſſe motiuum Attritionis Theologicæ. Vnde propterea, id quoque negat de metu pœnarum Purgatorij. Secunda verò Soti in 4. diſt. 18. q. 5. a. 3. caſu 2. abſolutè affirmantis eiuſcemodi metum eſſe poſſe motiuum præfatæ Virtutis. Tertia poſtremáq; inter vtramque præcedentem media, eſt, quam nos in Theſi noſtra amplectimur poſt Valent. hic q. 8. p. 4. Peſantiũ q. 5. diſp. 3. Cõin. diſp. 14. de Fide n. 120. Lugonem diſp. 5. Sect. 9. & Gamach. c. 9. *D.* Colligitur ex Trid. Seſs. 14. de Pœnit. can 5. *E.* Lugo ibid. n. 132. *F.* Gamach. c. 9. & patet ex dictis §. 30. lit. B. Sequi-

túrque apertè ex communiſſima ſententia ad Contritionem perfectam exigente amorem Dei ſuper omnia. *G.* Gamach. ſuprà citatus, ſupponitúrq; paſſim ab alijs Scholaſticis.

36.

Deteſtatio nitens motiuo amicitię Diuinę, *ſi execretur vnum tantùm aliquod peccatum, non verò omnia, haud* Contritionis, *ſed* Attritionis *actus eſt* A. II. *Idem dicendum de deteſtatione, quâ omnia omnino peccata mortalia ex motiuo dilectionis Dei efficaciter diſplicent* B, appretiatione tamen de Deo ex ſuo modo tẽdendi nõ ſummâ C, ſed quadantenus inferiore D.

A. Sequitur manifeſtè ex longè receptiſſima ſententia poſtulante ad Contritionem, ut procedat ex motiuo dilectionis ergaDeum non quali quali, ſed ſuper omnia. *B.* Tam præterita quàm futura. *C.* Docti quidam Recentiores. *D.* Hoc eſt, qui aliqua exparte competat potius *bono Creato*, quàm *Increato*.

37.

Attritio ex metu pœnæ æternæ concepta vi huius motiui appretiatiuè *magis dolet de pœna Inferni, quàm de pec-*

cato

cato A; *falſum eſt tamen, illam propterea eſſe peccatum, vt imperitè Nouatores noſtri cum Luthero, & Caluino aſſerunt* B. II. *Similiter errant, qui aiunt, caſu quo apprehenderetur aliquod peccatum fore vtile ad vitandas præfatas pœnas ſaltem tunc per Attritionem conceptam ex metu pœnæ æternæ ita determinandam voluntatem, vt ea tunc ad illud eligendum neceſſitaretur* C.

A. Gamach. cap. 9. & Lugo diſp. 5. ſect. 9. n. 138. *B.* Apud Recentiores. C. Theologi communiter.

38.

Actus exteriores Pœnitentiæ, *ut ieiunia, flagellationes, humicubationes, aliáſq; eiusmodi corporis afflictationes, quamuis aliquod corpori nocumẽtũ inferant, eſſe nihilominus* obiectiuè *licitas, atque laudabiliter adhiberi ad expiandum, cauendúmque peccatum, dogma Fidei eſt* A. II. *Per ſe loquendo, & aſſumi, & iniungi poſſunt hæ pœnitentiæ* in tãtaqnte in quãlat *ad finem Pœnitentiæ, perfectionémque noſtram*

Actus exteriores Pœnitẽtiæ.

ſtrā vtiles eſſe prudenter iudicantur B. *Et quidem etiamſi clarè, & ſenſibiliter aduertatur inde* præter intentionem *ſequi decurtationē vitæ* C. III. *Nullus autem horum actuum ita Pœnitentiæ proprius eſt, ut ab alijs quoq; virtutibus imperari nequeat* D.

A. Conſtat ex communi Fideliū ſenſu contra Hæreticos, liquétq; ex ipſa pariter Scriptura, in qua huiuſmodi corporis afflictationes nō rarò laudantur. *B.* Communis Eccleſiæ ſenſus. *C.* Sanch. lib. 5. Conſil. c. 1. dub. 3. Granadus 2. 2. Controu. 3. Tr. 6. diſp 2 Sect. 3. Fauétque Diana p 5. Tr. 4. Reſol. 33. *D.* Suar. diſp. 6. Sect. 1.

CAPVT VII.

De Effectibus Virtutis Pœnitentiæ.

§. 39.

Peccati generatim ſumpti deletio.

INter præcipuos Pœnitentiæ effectus, peccati *quoque* deletio *meritiſſimò recenſetur* A, *ad quod tollendum nō ſemel duntaxat; ſed & quoties homo peccauerit, Pœnitentiam ex genere ſuo ſufficientē eſſe, dogma Fidei eſt* B. II. *De facto nullum datur peccatum* C, *peccatorúmve multitudo* D, *quæ competenter pœ-*

pœnitenti nõ remitttatur, imò & quorum pœnitentia per ſe loquendo, *non modò* in phyſica, *verùm etiam* in morali *viatoris* poteſtate *non ſit* E : *in alio attamen rerum ordine nequaquam repugnat peccatum ex intrinſecis ſuis principijs irremiſſibile* F.

A. Theologi paſſim *B.* Scriptura Diuina, Concilia & Patres apud Soarium diſp. 8. Sect. 1. & Lug. itidem diſp 8. Sect. 1. *C.* Theologi omnes cum D. Thoma q. 83. a. 1. *D.* Suar. Sect. 2. *E.* Suar. ibid. & Lug. Sect. 1 *F.* Lugo Sect. 1 n. 4. contrarium tamen opinatur Dicaſt. diſp. 2. dub. 1. atq; Ouiedus 12. Tract 8. contr. 4. p. 8.

40.

Per Pœnitentiam non tantùm deletur peccatum actuale præteritum quatenus actuale, *verùm etiam* quatenus habituale A. II. Peccatum *autem* habituale *nequaquã eſt vel reatus pœnæ* B, *vel priuatio gratiæ habitualis* C, *ſed (ipſummet peccatum actuale præteritum moraliter permanens in ordine ad conſtituendum peccatorem aliquo modo deordinatum, ſeu auerſum à ſuo vltimo*

Digitized by Google

mo ſine D.) *Quæ definitio, vtpote Deſcriptio* peccati Habitualis in genere, *ſuo modo accommodanda quoq; peccatis Habitualibus in ſpecie, nimirum* Mortali, Originali, *ac* Veniali.

A. Ita communiter Theologi contrà nonnullos relatos ſuprà §.5.litt.D. *B.* Vti opinantur multi apud Salam. 1.2.Tr. 13. diſp.14.n.9. *C.* Vt exiſtimant Doctores, tum ab eodem Authore num.21. Tum ab Ouiedo 1.2.Tr.6.Contr.8.p.2.citati.*D*.Fauent.Lugo diſp.7,Sect.5. Ouied. p.4. Arriag. 1.2.Tom. 1.diſp. 49. Sect. 4. aliíque complures ab his relati.

41.

Haud negandum, & antequam peccetur, & dum actu ipſo peccatur, poſſe à Deo remitti ius ad indigationem, & pœnas, *quod ratione peccati aduerſus peccatorem acquiſiturus eſſet: loquendo tamen de ipſa noxa* peccatum *quidem* actuale *per nullam potentiam pro eo inſtanti, in quo illud committitur remitti poteſt* B; *cæterum* peccatum habituale *pro eo ipſo inſtanti, quo primũ extiturum eſſet à Deo condonari, haud repugnat* C. II. *Peccatum condonari poteſt,*

teſt, & per intrinſecam, *& per* extrinſecam *condonationem peccatori* D: *imò remitti quoque non implicat ad certum duntaxat tempus, ita vt elapſo eo tempore rurſus abſque vlla poſitiua hominis mutatione denominet intrinſecè peccatorem* E. III. *De facto quodcunque peccatum, quantum ad reatum culpæ ſemper* adæquatè *remittitur* F; *abſolutè autem loquendo nulla apparet ratio, cur tam lethalis, quàm venialis culpæ reatus nequeat* inadæquatè G *ſolùm condonari.* IV. *Etſi in præſenti rerum ſtatu non modò impietas, ſed & impius Deo odio ſint* H, *abſolutè tamen loquendo ſtante impietate, odioq́; Diuino aduerſus eam, poſſet à Deo non haberi odio perſona eâ inquinata* I. V. *Condonatio peccati quandoque* abſolutè *maius Dei beneficium eſt conſeruatione in gratia, quandoq; minus* K; *& huiuſmodi maius Dei beneficium fuit Deiparæ Virginis, tum* à peccato originali, *tum* ab illius debito, *tum* ab omnibus venialibus præſeruatio. V I. *Quidnam verò ſit*

ob-

obiectum voluntatis Diuinæ, quâ Deus abſq; intrinſeca forma condonaret noxam, valde controuerſum eſt inter DD. L. *Probabilius eſt eſſe carentiam odij ac diſplicentiæ erga hominẽ ob peccatũ præteritum, & quod ſimul illum hominem velit conſiderare, ac ſi non commiſiſſet vllum peccatum* M.

A. Lugo diſp.7.Sect.8.n.126. *B.* Suar. lib.7. de gratia.c.21.n.5. & Ouied.1.2.Tr.8. Cõt.6.p.6. *C.* Lugo paulò antè citatus. *D.* Suar diſp. 9. Sect.4. Bellarm. lib. 2. de Iuſtif. c.16. Coninck diſp. 2.n.93. *E.* Coninck diſp.2.n.150. *F.* Communis ſenſus, ac conſenſus Fidelium. *G.* Lugo diſp. 8. Sect. 2. n.78. *H.* Sap. 14. *I.* Lugo diſp. 7. S.8.n.126. approbatáque mihi nuper Romæ à Societatis noſtræ Cenſorib⁹. *K.* Coninck. diſp.2.dub.19.n.154. & 155. *L.* Videantur Lugo diſp. 7. Sect. 9. Ouied. 1.2. Tract. 8. c.4. p. 5. *M.* Arriaga 1. 2. Tom. 2. diſp.2. S.6.n.38.

42.

Deletio peccatorum lethaliũ.

Contritio ad extinguendum vnum lethale ſufficiens; ſufficit quoque de facto ad delẽda omnia omnino mortalia quãtacúnq; malitiâ, ac numero ea ſint A. II. *Nequaquam autem hæc ab ea expellun-*

tur

tur vel in genere cauſæ Formalis B, *vel extra Sacramentũ* in genere cauſæ Efficientis C, *ſed ſolùm tanquam* ab vltima ad gratiam ſanctificantem diſpoſitione D, *& quidem probabiliùs non ex natura rei* E, *aſt ex Dei miſeratione, & tantummodò per modum* impetrationis, *ac* meriti de congruo F, *quanquam magnam vtique ex ſe hic actus habeat aptitudinem, ut à Deo in talem diſpoſitionẽ acceptari poſſit* G.

A. Omnium ferè Theologorum doctrina. *B*. Communis Scholaſticorum apud Lugon, diſp. 8. ſect. 4. quos ſequuntur P. Salmeron in Epiſt. ad Galat. diſp. 8. Ouiedus. 1. 2. Tract 8. C. 1. p. 7. Suar. Tom. 1. in 3. p. diſp. 4. ſect 8. & ſect. 3. aſſert. 2. ac Tom. 3. de gratia lib. 7. cap. 8. atque cap. 13. & ſequentibus. Oppoſitum tenentibus Vaſq; 1. 2. diſp. 203. & alibi. Luiſio Turriano opuſc. 6. diſp. 4. per plura dubia. Hurtado diſp. 2. de pœnit. diſt. 7. atque Meratio per triginta duas ſectiones. *C*. Vaſq. 1. 2, diſp. 211. c. 7. Tanner diſp. 6. de gratia q. 4. dub. 1. n. 8. & Ouiedus p. 10. n. 156. aſſerens, eſſe communem inter Doctores, & omnino certam ſententiam. *D*. Paſſim Theologi. eſtque definita à Gregorio XIII. & Pio V. contra Michaelem Baium.

Suarez

E. Suarez, quem citat, & ſequitur Ouied. p. 7. n. 88. F. Ouied. ibidem & Coninck diſp. 8. de Merito dub. 6. aliíq; commu-niter. G. Ouiedus n. 89.

43.

In præſenti igitur rerum ſtatu expel-luntur formaliter *hæ maculæ per ſo-lam gratiam habitualem homini inhæ-rentem, eúmque iuſtiſicantem* A, *quam inter prædictaq́; peccata, tanta eſt op-poſitio, vt nontantùm* moralem *ad inuicem* repugnantiam *habeant (per comparationem ſcilicet adDiuinam vo-luntatem;) aſt etiam* phyſicam, *ex parte nimirum ipſorum effectuum for-malium* B; *an autem tanta ſit inter ea oppoſitio, ut neque per omnipotentiam Dei poßint ſimul ſtare, incertum eſt* C; *probabilius videtur de potentia Dei ab-ſoluta ea inter ſe non repugnare* D. II. *Quamuis de facto nunquam remittatur peccatum mortale niſi per in fuſionem gratiæ, abſolutè tamen loquendo, remit-ti quoque id poſſet per aliquid verè ex-trinſecum* E, *nempe vel per acceptatio-nem ſatisfactionis à Chriſto oblatæ* F;

vel

Digitized by Google

vel etiam (ut ſuprà indicatum) G. *Per meram extrinſecam condonationem; túncq; haud repugnaret, vel unũ peccatum tum lethale extingui ſine alio* H, *vel omnia quoque tolli, abſq; vlla* poſitiua *peccatoris* mutatione *intrinſecè in eo facta* I.

A. Granad. 1. 2. Controu. 8. Tr. 8. diſp. 4. Caſpenſis Tract. de gratia diſp. 5. ſect. 4. & Pallauic. l. 2. Aſſertionum Theologicarum num. ult. *B.* Vaſq. 1. 2. diſp. 204. Turrian. opuſc. 6. de gratia diſp. 2. dub. 4. & paulo ante citati. *C.* Videantur Ouiedus 1. 2. Tract. 8. C. 4. p. 3. & Arriaga Tom. 2. in 1. 2. diſp. 46. ſect. 4. *D.* Suar. hîc diſp. 9. ſect. 3. n. 8. & lib. 7. de gratia q. 5. dub. 3. n. 53. Coninck diſp. 21. de Caritate. dub. 8. n. 102. Leſſius lib. 2. de ſummo bono c. 1. à n. 4. conſentiúntque Bellarmin. lib. 2. de iuſtificat. cap. vlt. & Ouiedus proximè citatus. *E.* Communis ſententia contra Caiet. 1. 2. q. 113. a. 2. Petrum de Soto de Inſtit. Sacerdot. lect. 4. de Pœnit. atque Valent. 1. 2. diſp. 8. q. 5. p. 5. *F.* Ouied. p. 5. §. 3. *G.* § 41. *H.* Ouiedus p. 7. & alij apud ipſum. *I.* Ouiedus p. 5.

44.

Per Contritionem perfectam *non extinguuntur niſi illa peccata venialia ad* Deletio peccatorum venialiũ.

ad quæ ea ſe extendit A. II. *Hæc peccata ne in iuſtisquidem ab ea expelluntur vel tanquam à ſatisfactione condigna, vel tanquam à merito de condigno* B, *ſed tantùm ut à mera diſpoſitione* C, *& de congruo duntaxat* D. III. *Atque hæc, quæ de contritione formali diximus, intelligenda ſunt pariter ſuo modo de dilectione Dei ſuper omnia* E.

A Receptiſſima ſentnetia, ut videre eſt apud Lugonem diſp. 9. ſect 2 n 16. & Ouiedum 1. 2. Tr. 8. c. 5. p. 1. n. 3. *B.* Lugo ibidē, & Arriaga 1. 2. To. 2. diſp. 47. n. 14. Cōtrariū opinantibus Suare diſp. 11. ſect. 3. & Ouiedo n. 7. C. Lugo citatus. *D.* Idem ibidem. *E.* Videatur Ouiedus n. 1.

45.

Attritio Chriſtiana *in peccatore extra Sacramentum nullum prorſus* veniale *extinguit* A; *in homine verò iuſto quocunque ea nitatur motiuo, probabilius eſt ab ea omnes omnino huiuſmodi noxas deleri, ad quas ſe extendit* B. *Quomodo verò hac ſententiâ ſtante poſſimus nihilominus efficacibus precibus prudēter, atq; vtiliter petere à Deo veniā pec-*

cato-

catorum venialium (cum huiuſmodi preces neceſſariò ſupponant , vel involuant efficacem diſplicentiam venialis) in aliorum ſententia difficile explicatu eſt , in noſtra infràponenda perfacile. II. *Actibus vitæ æternæ meritoris aliæ veniales noxæ non expelluntur , quàm quæ ipſis* formaliter, *vel* virtualiter *repugnant* c. III. *Vt autem formalis, virtualíſue Attritionis actus ſufficientes ſint ad tollenda venialia, non requiritur neceſſariò imperium caritatis Dei , ſed ſufficit caritas habitualis* D.

A. Sententia longè communiſſima. *B.* Suarez lib. 5. de gratia cap. 24. Henriq. 1. de Pœnit. cap. 15. Azor lib. 4. c. 10. q. 13 Coninck. diſp. 2. dub. 4. videatúrq; Palao Tr. 23. diſp. vn. p. 2. Arriaga 1. 2. Tom. 2. diſp. 47. ſect. 2. n. 6. qui ait eſſe multorum aliorum ſententiam. Oppoſitum tamen tenent Vaſq hic q. 87. a 1. dub. & alibi Hurtadus diſp. 2. diff 13. & Layman lib. 5. Tr. 6. c. 4. n. 14. C. Vaſq q. 87. a. 1. dub. 1. Hurtad. diſp. 2. diff. 14. Arriaga 1. 2. To. 2. diſp. 47 n. 12. Ouiedus. 1. 2. Tr 8. (5. p. 2. n. 16. Vbi quoq; ait concluſionem hanc eſſe valde communem in Theoligia, Suarez verò diſp.

diſp.11.ſect.3 n.19. cenſet oppoſitum probabiliter dici non poſſe. *D.* Communis ſententia, quam ſequitur Palao Tract. 23. diſp. vnica p.2. contra Laiman. lib.5. Tra. 6. cap. 4. n. 15.

46.

Veniale *coniunctum cum Mortali, aut Originali nunquam ſine illis remittitur* A. II. *Venialia verò cum quibus homo in gratia exiſtens decedit, in primo inſtanti, quo anima à corpore ſeparatur, elicito mox ab ea actu amoris atque contritionis ſtatim remittuntur* B, *& quidem probabiliùs non* ex merito *vel* de cōdigno C, *vel* de congruo, *illorum actuum* D, *ſed tanquam ob diſpoſitionem ex natura rei neceſſariam, vt peccatum remittatur* E.

A. D. Thom. quem teſte P. Coninck diſp. 2. n. 132. ſequuntur omnes Thomiſtæ, maximáque pars Theologorum. Contrarium tamen opinantur Scotus, Durandus, & Gabriel apud Recentiores. *B.* Arriaga. n. 15. *C.* D. Thom. q. 7. de malo a. 11. Lugo diſp. 9. ſect. 2. n. 36. contra nonnullos, quos ſequitur Arriag. n. 14. qui licet neget contritionem in hac vita concurrere *de condigno* ad remiſſionē venialiū, admittit tamen eam ita concurrere in altera vita *D.* Citati. E. Iidem.

47. *Non*

47.

Non tantùm Baptiſmus, Pœnitentia, & Extrema Vnctio, verùm etiam probabiliter omnia reliqua Sacramenta habent virtutem ex opere operato *delendi venialia* A. II. *Haud improbabile, in Sacramento Pœnitentiæ* concomitanter *deleri quoq;* ex opere operato *ea venialia, quæ homo ſciens, & volens non confitetur: ſemper tamen ad hunc effectum, tam in hoc quàm in alijs Sacramentis aliqua* formalis, *vel* virtualis *peccati delendi* retractatio *neceſſaria eſt* C.

A. Arriag. 1. 2. Tom. 2. diſp. 47. Sect. 3. B. Lugo diſp. 9. Sect. 3. n. 54. contra Soarium. C. Aſſertum communiſſimum contra Arriagam. Sect. 2. n. 7.

48.

Sacramentalibus, *abſque magna temeritate negari haud poteſt omnis vis delendi veniales noxas* A. II. *Probabilius tamen eſt ea non habere virtutem* immediatè, ex opere operato *illas extinguendi* B, *ſed tantùm mediatè, & quatenus habent virtutem peculiarem impe-*

impetrandi auxilia excitantia ad motus formalis, virtualíſue Pœnitentiæ, quibus ſi homo cooperetur, remittentur ei venialia, quæ excitatis motibus *oppoſita ſunt* C.

A. Videantur Suarez diſp.12.ſect.2.& Lugo diſp.9.ſect.4.n,58. *B*. D. Thom. q.7. de malo a.12. Suar.diſp.12.ſect.2.Vaſq. q.87.a.3.dub.1.Peſantius q.87.a.3.diſp. vnica.Coninck q.71.a.3.dub.vnico corrc. 2.Layman.lib 5.Tr.6.c.4 n.16.coroll.8. Palao Tr.23.diſp.vn.p.2.n.14,Hurt.diſp. 2.diff.15.Lugo diſp.10.ſect 4.Arriaga 1,2.Tom.2.diſp.47.ſect.3.&alij compluꝛes.C.Præcitati.

49.

Neque in hac néq; in altera vita deleantur formaliter *venialia vel per actum amoris Dei ſuper omnia, vel per actum contritionis perfectæ* A; *ſed in hac quidem vita, maximéq; in Sacramento Pœnitentiæ delentur* formaliter *per infuſionem gratiæ* (*quæ ex ſua indiuiduali proprietate habeat dare ius expeditum ad beatitudinem non obſtantibus his peculiaribus noxis venialibus, & abſq; eo quòd pro illis ſit præmittenda*

no-

noua aliqua retractatio B): *in altera verò vita* formaliter *extinguuntur, vel per extrinſecā Dei condonationē* C, *vel quod probabilius, per ſatisfactionem à Chriſto exhibitam* D. II. *Exiſtimantes peccata venialia remitti* formaliter *per gratiam habitualem ſolùm quatenus ea confertur à Deo ad finem delendi peccatum* E, *admittere quoque tenētur, diuinitus poſſe formaliter remitti peccatum per quamcunq; etiam, aliam formā nigredinem e.g. quæ ad talem finem ab eo conferretur; quod vtique abſurdum videtur.*

A. Ouiedus 1.2. Tr.8.c. S. p 1. n. 3. *B.* Docti quidam Recentiores apud Ouied. p 3. n. 41. *C.* Nonnulli apud Arriagam 1.2, To. 2. diſp.47. ſect. 3. n. 13. *D.* Videatur Ouied. 1.2. Tr.8. c.5. p. 4. *E.* Huiusmodi autem Authores ſunt Vaſq. 1.2. diſp. 207. c.4. n. 28. & 29. & 3. p ad q. 83. a. 3. dub. 2. Turri opuſ. 6 q. 11. dub 4. & Mæracius Tom. 3. diſp 9. ſect 4.

50.

Et malè, & contra Scripturam à Sectarijs noſtris è numero effectuū Pœnitētiæ *excluditur remißio reatuum tam culpæ, quàm pœnæ* A. II. *Hi reatus non* Extinctio Reatuū culpæ, & pœnæ

D *ſunt*

Digitized by Google

ſunt entia per intellectum conficta B; ſed ipſamet entitas peccati, quatenus hæc iuxta prudentum iudicium reddit ſuum ſubiectum indignatione Dei, ac pœnâ conueniente dignum C. III. Vterq; reatus fundat in Deo diſtinctum ius aduerſus peccatorem; reatus quidem culpæ ius ad rationabilem indignationem concipiendam contra delinquentem: reatus verò pœnæ ius ad infligendam eidem pœnam delicto proportionatam D. IV. Tolluntur in genere cauſæ formalis non per contritionem, tanquam per formã oppoſitam; ſed in hac quidem vita (tanquam ſecundarij effectus) per gratiam habitualem; in altera verò, vel per extrinſecam Dei condonationem, vel (vt in ſimili ſuperiùs diximus) per ſatisfactionem à Chriſto exhibitam. E.

A. Eſt de fide. *B*. Vt nonnulli aſſerunt apud Arriagam 1.2. To. I. diſp. 53. ſect. 2. exiſtimantes omnia entia moralia eſſe entia rationis. *C*. Arriaga ibidẽ, atque Lugo diſp. 7. n. 80. *D*. Ibidem. *E*. Eſt communis.

51.

De facto extincto reatu peccati mortalis

talis ſemper infallibiliter tollitur quoque reatus pœnæ æternæ A; *ſimpliciter tamen loquendo, haud repugnat de potentia* Dei *abſoluta alterum ſine altero remitti* B, *& quidem tam per condonationem intrinſecam, quàm per extrinſecam* C. II. *Caſu, quo à* Deo *per gratiæ habitualis infuſionem condonaretur peccatori reatus noxæ lethalis, remanente in ipſo reatu pœnæ* (connaturaliter *ad hunc caſum philoſophando*) *licet non ſit improbabile, fore tunc in* Dei *arbitrio, talem hominem vel beatitudine, vel pænis æternis afficere* D; *probabilius tamen videtur, eum* connaturaliter, *damnandum potiùs, quàm beãdam* E. *An verò ita ad inferos condemnatus, ibíque grauiſſimis illis ſupplicÿs tortus, eſſet exarſurus in blaſphemias, odiúmque* Dei, *ſicut alÿ damnati, dependet à quæſtione illa, utrùm ei* inamiſſibiliter *an,* amiſſibiliter *tali in ſtatu relinqueretur gratia ſanctificans; ſi prius dicatur, nec in odium* Dei, *nec in blaſphemias, nec in vllum aliud pec-*

catum lethale prorumpere poſſet: ſi verò poſterius aſſeratur, non eſt, cur in ea peccata prolabi nequiret; quidnam autem horum ſit verius, haud omnino certum, nos in poſteriorem ſententiam magis propendemus F.

A. Trid. Seſſ. 6. cap. 14. & Theologi omnes Neoterici apud Soarium diſp. 10. Sect. 2. n, 1. *B*. Soarez diſp. cit. Sect. 2. Coninck diſp. 2. dub. 3. & Lug. diſp. 7. Sect. 6. à num. 78 *C* Recentiorum communiſſima. *D*. Ratio eſt, quia duobus iuribus contrarijs concurrentibus, connaturaliter loquendo, permittitur arbitrio ſuperioris electio vnius, potiùs, quàm alteri⁹: ergo cùm in propoſito caſu concurrant duo iura contraria, nempe & ad beatificandum, & condemnandum, videtur relinqui arbitrio Dei hoc, vel illud facere. *E*. Fundamentū eſt, quòd ſicuti ſubſtantia corporea nō exigit immediatè impenetrationē partium, ſed tantùm mediante quantitate (vnde ſi Deus deneget ſubſtantiæ corporeæ quantitatem poteſt talis ſubſtantia connaturaliter penetrari): ita ſimiliter gratia habitualis non videtur exigere immediatè carentiā pœnæ æternæ; ſed mediante condonatione reatûs; ideo ſi Deus ſubiecto prædito gratiâ denegaret condonationem reatûs pœnę æter-

ternæ, *connaturaliter* deberetur tali ſubiecto pœna æterna, & per conſequens carentia beatitudinis. *F.* Quia videtur illud ſubiectum *connaturaliter* debere deinde priuari gratiâ.

25.

Pœna æterna, quam nunc *patiuntur damnati, per nullam potentiam ſecundum omnia infligi poſſet illi, cui culpa remiſſa eſſet* A. II. *Si humanitas Chriſti ante vnionem peccaſſet, vi vnionis hypoſtaticæ non potuiſſet illi à Deo non remitti omnis omnino* reatus culpæ B: *loquendo tamen de* reatu pœnæ *ſaltem* temporalis, *is abſolutè potuiſſet à Deo illi non remitti* C.

A Suarez diſp. 7. Sect. 2. n. 8. *B* Communiſſima cùm Veterum, tum Recentiorum aſſertio. *C.* Suar. diſp. 11. de Incarnat. ſect. 2. & Lug. diſp. 26. de Incar. n. 41. contra Vaſq. diſp. 61. de Incarn. cap. 6. n. 35.

53.

Reatum pœnæ temporalis *non ſemper totum remittti remiſſâ culpâ dogma Fidei eſt* A; *ídque efficaciſſimè contra Sectariios noſtros ex Diuina ſcriptura probari poteſt.* II. *Tollitur & per propriam ſatisfactionem & per alienā*

(nempe Chriſti Domini, ac Sanctorũ) B; *imò & eius expiatio ſine ſatisfactione impetrari poteſt* C. III. *Pœna temporaria, quæ aliquando poſt remiſſionem culpæ luenda remanet*, in ratione pœnæ temporariæ, *remanet ex natura rei* D; in ratione autem tantę, ac tantæ pœnæ *manet ex libera Dei voluntate* E.

A. Videatur Trid. ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſſ. 14. can. 12. 13. & 14. *B*. Communis Fidelium ſenſus. *C*. Receptiſſima Catholicorum doctrina. *D*. D. Thom. 3. p. q. 86. a. 4. Vaſq. q. 94. a. 1. dub. 3. Hurt. diſp. 13. diff. 2. & Lugo diſp. 24. ſect. 1. n. 4. *E*. Lugo citatus.

54.

Pœnæ temporalis debito *poteſt homo ſatisfacere de condigno* A; *minimè tamen* de rigore Iuſtitiæ Commutatiuæ B. II. *Actus quibus iuſti delent venialia, cum quibus deceſſerunt, nihil illis pœnæ remittunt* C. III. *Non eſt improbabile per opera ſatisfactoria plus nunc pœnæ remitti, quàm in lege vetere* D. IV. *In ſtatu puræ naturæ poſſet ab homine pro aliqua ſaltẽ exigua parte*

te pœnæ temporalis ſatisfieri B. *V. Peccatum veniale cum Mortali aut Originali coniunctum poſt hanc vitam punitur pœnâ æternâ* F. *Imò & pœna temporalis ex peccato remiſſo adhuc perſoluenda remanens, vtut modica ſit, à damnatis per totam æternitatem luetur* G.

A Communis omnium Theologorum ſententia apud Lugonem diſp. 24. n. 8. contra Medinam, & Durandum. *B.* Lugo diſp. 24. ſect. 1. n. 19. & quotquot vniuerſim negant eſſe iuſtitiam creaturę ad Deũ, quos citant & sequũtur Vaſq. diſp. 7. de Incarnat. & 1. p. diſp. 85. aliiq; multi Recẽtiores ex noſtris, uti teſtatur Lugo diſp. 3. de Incarnat. ſect. 3. n. 54. *C.* Conin. diſp. 2. dub. 17. n. 138. contra nonnullos Recentiores, quibus ſubſcribunt Arriaga 1. 2. Tõ. 2. diſp. 47. ſect. 3. n. 14. & Ouied. Tr. 8. Contr. 5. p. 4. n. 56. *D.* Caietanus Tom. 1. opuſc. Tract. 4. q. 4. fauétque Lugo diſp. 3 ſect. 2. num. 67. & 68. *E.* Lugo diſput. 29. ſect. 2. num. 31. & diſput 5. de Incarnat. ſect. 7. *F.* D. Thom. q. 87. a. 4. & 1. 2. q. 87. a. 5. ad 2. & alibi, quem teſte Lugone diſp. 5. ſect. 2. n. 35. ſequũtur ferè omnes Theologi, quos cõgerit Salas 1. 2. Tract. 13. diſp. 15. ſect. 11. *G.* Lugo. ibid. n. 43.

55.

Reuiuiſcentia meritorum &c.

Merita *peccato interrupta per Pœnitentiam* reuiuiſcere *absq; magna temeritate negari nequit* A. II. *Per nullum quantumuis grauiſſimum peccatū extinguuntur, ſed eorū duntaxat ius, ac valor ſupenditur* B, *idq;* cōnaturaliter, *poſito beneficio gratuito dandi ſpatium, & auxilium ad iuſtificationem, prout nunc ſit* C; *poſitâ tamen aliâ Prouidentiæ Diuinæ ratione, potuiſſet Deus & eorum recuperandorum ſpe omni iuſtè priuare peccatorem & in pœnam peccati ea omnino extinguere, & quidē nullâ creatura vlli illatâ vi* D. III. *Ecōtrario* opera mortua, *id eſt in ſtatu peccati mortalis exercita, ſicut nunquam vixerunt, ita neq; poſſunt* reuiuiſcere.

A. Communis Scholaſticorum ſententia, vt videre eſt apud Soarium Rel. &. de Reuiuiſcentia Meritorum diſp. 1. ſect. 3. n. 9. *B* Iidem. *C*. Lugo diſp. 11. ſect. 1. n. 14. *D*. Lugo ibid. n. 20.

56.

Reſurgenti à peccato vnà cum priſtinis meritis ſtatim A *integrè, perfectéque reſtituitur omnis prorſus anti-*

qua

qua gratia, etiam absq; meritis data B, *totum priſtinum ius ad gloriam* C, *omnésq; virtutes antea infuſæ* D; *& quidē cum auctario, ratione nimirum* nouæ *ad gratiam* diſpoſitionis E. II. *Nihil horum redit ex rigore Iuſtitiæ* F, *ſicut neque ex ſola Dei miſericordia* G; *ſed hac præſuppoſitâ ex natura rei* H, *eo ipſo nimirum, quòd homo per gratiā habitualem redeat in amicitiam cum Deo.* **Hinc ſi Deus educeret aliquem ex inferno, illiq; daret ſpatium, gratiámq; pœnitendi, poſitâ eius iuſtificatione, omnia priſtina merita, vniuerſáq; gratia &c. in eo plenè reuiuiſcerent** I.

A. Communis Doctorum contra Scotum. *B* Suar. dictâ diſp. 2. ſect. 3. n 57. Coninck. aliique recentiores, quibus ſubſcribit Lugo diſp. 11. ſect. 3. contra Vaſq. & Turrianum. *C.* Communior ſententia, quam teſte Lugone omnes ferè Societatis noſtræ Theologi amplectuntur. *D.* Aſſertio inter Doctores cōmuniſſima. *E.* Theologi paſſim. *F.* Ita omnes, qui negant Deū obligari creaturæ ex rigore Iuſtitiæ. *G.* Suar diſp. 1. ſect. 3. *H.* Lugo diſp. 11. ſect. 1. 2. 14. *I.* Lugo ibid. n. 23.

Extinctio perfecta peccati.

57.

Peccata ſemel remiſſa ſecundum præſentem Divinæ Prouidentiæ conſtitutionem in relapſis neque quantùm ad culpam, neque quòd ad pœnam formaliter *redeunt* A. II. *Quæ defacto dimittuntur omnino extinguuntur* B, *& quidē* cōnaturaliter *ad exigentiam gratiæ habitualis* C: *abſolutè tamen loquendo, etiā* mortificari *non repugnat* D; *imò etiam de* poſſibili *nihil obſtare videtur, quin hæc pro aliquo tempore ita deleantur, vt vel ad relapſum in peccatum, vel ad alterius conditionis poſitionem de nouo redire queant* E.

A Recentiores communiter. *B*. Iidem. *C*. Doctrina paſſim receptiſſima. *D*. Lugo diſp. o n. 11. *E*. Scotus apud Lug. diſp. 10. ſect. 1. n. 9. Valentia diſp. 7. q. 5. p. 1. fauetq; aliquo modo Conink diſputa. 2. dub. 18 n. 149.

CAPVT VIII.

De Neceſſitate Virtutis Pœnitentiæ.

Neceſſitas pœnitentiæ abſolute loquendo

§. 58.

Simpliciter loquendo *nec* Formalis, *nec* Virtualis Pœnitentia *ne-*

Digitized by Google

ceſſaria eſt ad remiſsionem peccati perſonalis, ſed id de abſoluta potẽtia *poſſet à Deo condonari abſque vlla peccatoris retractatione* A. II. *Etſi autem non omnino liqueat, quid in hoc puncto ſenſerit D. Thomas, probabilius tamen eſt, eum non eſſe nobis contrarium.*

A. Suar. diſp. 9. Sect. 2. Vaſq. 42. diſp. 207. c. 3. Val. Tom. 4. diſp. 7. q. 3. p. 2. Coninck. diſp. 2. n 93. & cõmuniter alij contra Sotũ, nonnullóſq; alios Thomiſtas. *B.* S. Th. q. 86. a. 2. docẽs impoſſibile eſſe dimitti peccatum ſine Virtute Pœnitentiæ; loquitur enim ibi ſolùm *de lege ordinaria*, vt explicant non ſolùm noſtri Authores, *ſed etiam aliqui ex Thomiſtis præcipuè Caietanus & Ledeſma*

59.

Neceſſitas Pænitentię *de facto*

De facto ad delendam noxam mortalem perſonalem *eſt* per ſe *neceſſaria* Pœnitentia Formalis *neceſsitate determinatâ*, *ſed* per accidens *ſufficit etiam Pœnitentia* Virtualis, *per quam peccator delicti oblitus amet Deum ſuper omnia* A. II. *Ad deletionem autem* peccati Originalis *in adulto nec Formalis, nec Virtualis Pœnitentia per ſe neceſſaria eſt, ſed ſufficit voluntas ac* pro-

propoſitũ profitendi, & ſeruandi legem Chriſti B.

A. Communis Doctorũ, aſſerentium per dilectionem Dei hominem iuſtificari, eámq; Petrus de Soto apud Soariũ diſp. 9. Sect. 1. n. 9. adeò certam putat, vt non dubitauerit dicere, eſſe de Fide. *C*. Henriq. lib. 2. c. 26. n. 1. Suar. Tom. de Sacramentis in communi diſp. 28. Sect. 1. §. *Dico ſecundo*. Vaſq. diſput. 118. n. 2. Coninck de Sacramentis q. 62. a. 1. dub. 2. n. 27.

Varia De Neceſsitate Pœnitẽtiæ

60.

Pœnitentia de peccatis mortalibus *non poteſt diu differri ſine nouo peccato* A. II. *Eius neceſſitas ex pluribus capitibus oritur, nempe ex læſione Iuris Diuini, ex caritate, reuerentiáque erga Deum, ex titulo noſtræ ſalutis, &c.* B. III. *Obligat peccatorem ad pœnitendũ de peccato abſq; alio decreto Dei ſuperaddito de acceptanda ſatisfactione* C: *imo licet Deus non promiſiſſet veniam pœnitenti, aut etiam* abſolutè *nollet remittere peccata, adhuc nihilominùs teneretur homo ad eorum retractationem* D, *id quod pariter dicendum videtur etiam caſu, quo Deus abſq; omni pec-*

catoris pœnitentia cederet iuri ſuo, remitteretq; ei offenſam; tunc enim quoque haud ceſſaret in peccatore obligatio per Pœnitentiã aliquam (implicitam, vel explicitam) retractandi noxam, niſi Deus peculialiter hanc quoque obligationem remitteret, id quod abſolutè *loquendo minimè repugnat* E.

A. Communiſſima Authorum; & ratio eſt, quia, vt oſtendi ſolet in materia de gratia, homo exiſtens in peccato mortali, nequit diu perſeuerare ſine nouo mortali, vndecunque tandem proueniat iſta impotentia: ergo neque poterit differri diutiùs Pœnitentia, quâ mediante recuperatur gratia. *B.* Paſſim Doctores. *C.* Lugo diſp. 7. n. 250. *D.* Præfatus Author diſp. cit. Sect. 12. *E.* Idem ibidem.

CAPVT IX.
De Præcepto Virtutis Pœnitentiæ.
§. 61.

Preceptũ Pœnitentiæ ſecundũ ſe

PRæceptum Pœnitentiæ *quatenus reſpicit obligationem retractandi peccatum non eſt* poſitiuum, *ſed omnino* naturale A. II. *Propriè loquendo, nec diuinitus eſt diſpẽſabile* B. III. *In ali-*

aliquo caſu, tametſi rariore poteſt in-inuincibilis de eo dari ignorantia C.

A. Suarez diſp. 16. ſect. 13. & Fill. Tr. 6. c. 8. n. 191. nec diſſentit Lug. diſp. 7. ſect. 12. *B*. Suarez ſect. 3. & Lugo ſect. cit. n. 253. *C*. Sicut enim alia præcepta, quæ per diſcursũ innoteſcunt, poſſunt ab aliquibus (ſaltem ad tempus) inuincibiliter ignorari, ita & iſtud.

62.

Obligatio Pręcepti Pœnitẽtiæ

Prædictum Pœnitentiæ præceptum quandocunque vrget tempus pœnitendi, & non adeſt copia Confeſſarij, obligat ad Contritionem perfectam A. II. *Per ſe non obligat ad ſæpius pœnitendum de iiſdem peccatis* B, *& quidem non improbabiliter etſi obligaret ex rigore Iuſtitiæ ad ſatisfaciendum Deo* C. III. *Extra Sacramentum Pœnitentiæ non obligat ad ſubeundam in hac vita pœnam temporalem peccato remiſſo debitam* D.

A. Fill. Tract. 6. c. 8. n. 190. aitque eam eſſe communem Theologorum. *B*. Idem diſp. 15. ſect. 4 & communiter Recentiores. *C*. Lugo diſp. 7. ſect. 12. n. 260. *D*. Ratio eſt, quia nullum ſufficiens fundamentum talis obligationis oſtendi poteſt.

Tem-

63.

Tempus, quo præceptum hoc ratione reuerentiæ Deo debitæ *obligat eſt in omnibus idem* A; *quamuis haud facilè poſsimus illud* in indiuiduo *determinare: quatenus autem obligat* propter periculum incidendi in nouum peccatum, *probabiliùs non eſt idem in omnibus, ſed diuerſum pro diuerſitate perſonarum, locorum, materiarum, occaſionum, periculorum, &c.* B ſpeculatiuè *tamen* loquendo *probabile eſt non licere differre Pœnitentiam peccati mortalis vltra annum* C. II. *Non obligat ſtatim ac quis lethaliter deliquit* D, *nec quoties peccatum memoriæ recurrit* E; *imò nec quando timetur peccatorũ obliuio* F, *&c. ſed ſolùm in articulo, periculóque mortis, & aliquoties in vita* G. *quanquam ſi peccatũ contineret rationem propriæ dictæ iniuriæ contra Deum, cui per Pœnitentiam ſatisfaciendum eſſet, nulla ſufficiens diſparitas afferri poſſet, cur poſt factam homini iniuriam teneamur ſtatim illi ſatisfacere, & non item Deo* H.

Tẽpus, quo obligat prædictũ Preceptum

A. Quia

A. Quia par eſt in omnibus ratio. *B*. Communis Doctorum ſenſus. *C*. Ideo enim Eccleſia obligat ad Sacramentum Pœnitentiæ ſingulis annis; quia prudenter exiſtimat intra tantum tempus hominibus communiter eſſe neceſſariam Pœnitentiam. *D*. Receptiſſima ſententia apud Suarem diſp. 15. ſect. 5. Vaſquium ſuprà citatum a. 2. dub. 5. & Lugonẽ diſp. 7. ſect. 11. n. 196 contra nonnullos Recentiores, qui oppoſitam nonnullorum Antiquorum opinionem nuper in ſcholas reuocarunt. *E*. Filliucius, aliique Neoterici paſſim aduerſus Pal. ſyl. Caiet. quos refert Lugo diſp. 7. ſect. 11. n. 195. *F*. Itidem communiter Doctores, vt videre eſt apud Fill. Tr. 6. c. 8. q. 8. *G*. Suar. diſp. 15, ſect. 6. n. 3. Henriq. lib. 4. de Sacramentis c. 6. n. 6. Coninck diſp. 3. dub. 3. n. 32. aliique Recentiores communiter, quibus ſubſcribit Lugo diſp. 7. ſect. 11 §. 2. *H*. Lugo ibidem n. 195. & diſp. 3. de Incarnat. ſect. 3.

64.

Deobligati à Præcepto Pœnitẽtiæ.

Qui per actum dilectionis Dei ſuper omnia peccati veniã conſecutus eſt, per ſe loquendo, *non obligatur dein ad eliciendã de illis deteſtationem, dolorẽ,*

propo-

propoſitúmq; nō peccandi de cætero, niſi Sacramentū ſuſcipiendū ſit A. II. *Similiter, qui* per Attritionē cognitam, *cū Sacramento iuſtificatus eſt, nō tenetur poſtea* ad perfectam Contritionem, *ne quidem in articulo mortis* B.

A. Vaſq. q. cit. a. 2. dub. 2. n. 10. Cord. lib. 1. q. 2. dub. 2. Bon. ac diſp. 5. q. 5. Sect. 1. p. 2. n. 3. Pal. Tr. 23. p. 3. *B*. Vaſq. ibid. n. 10. Suar. Sect. 4. n. 13. ac Lugo diſp. 7. n. 255. Hurt. diſp. 3. diff. 5. Pal. Tr. 23. p. 3. n. 11. Coninck diſp. 3. dub. 4. Laym. lib. 5. Tr. 6. c. 2. in fin. Bon. diſp. 5. de Sacr. q. 5. ſect. 1. p. 2. in fine. C. Salas & alij, apud Lugonē cit. n. 13.

CAPVT X.

De Impœnitentia Virtuti Pœnitentiæ oppoſita.

§. 65

Peccatũ Impœnitentiæ *abſolutè* ſumptū.

CONTRA *Pœnitentiam, eiúſque præceptū perImpœnitentiā* ſpecialiter *peccatur tripliciter*. I°. *Quādo quis ex contemptu vel DEI, vel eius Bonitatis, &c. Non vult retractare peccatum* A. II°. *Quando citra contem-*

ptum

ptum ſtatuit de ſuis peccatis nunquam agere pœnitentiam B. III°. *Quando vrgente præcepto negligit pœnitere, licet velit hoc alio tempore facere; vel ſaltem non habet voluntatem contrariam* C.

A. Communiſſima Doctorum. *B.* D. Thomas 2. 2. quæſt. 14. art. 2. & Suarez diſput. 15. Sect. 2. n. 5. C. Suarez ibid. n. 11. & Seqq.

66.

Peccatũ Impœnitẽtiæ Finalis.

Impœnitentia finalis *habet oppoſitionem peculiarem ad ſalutem æternam ſpecie differentem ab oppoſitione, quam ad illã cætera peccata habent* A, *imò &* ſpecificè *diuerſam ab oppoſitione illa, quæ eſt in tranſgreſſione præcepti* Pœnitentiæ *quando vrget eius obligatio extra periculũ mortis* B. II. *Quare ſi quis morti proximus nollet, aut negligeret pœnitentiam agere, teneretur deinde in confeſſione exponere hoc peccatum, dicendo (non tantùm ſe feciſſe contra* Pœnitentiæ *præceptum, ſed etiam*

am explicare deberet, ſe inſtante morte pœnitere noluiſſe) C.

A. Tum quia detrimentum *Impœnitentiæ talis* de ſe eſt irreparabile: tum quia *Impœnitentia Finalis* opponitur deſiderio ſalutis æternæ, cui non opponitur peccatum furti v. g; ſtante enim propoſito furandi poteſt quis habere propoſitum ſerium, & efficax procurandi deinde ſalutem æternam; quod propoſitum nequit ſtare cum *Finali Impœnitentia*. *B*. Patet ex modò dictis. *C*. Sequitur ex doctrina paulò antè tradita.

67.

Alia de peccatis Impœnitentiæ

Non omnis, qui ad Inferos damnatur, præter cætera damnatur quoque propter transgreſſionem præcepti Pœnitentiæ A. II. Inſtante obligatione pœnitendi, *qui ſciens volēs omittit pœnitere, nō cōmittit infinita numero peccata, & quidem quamuis videret impœnitentiā* de homicidio v g. *eſſe ſecundum peccatum, & impœnitentiam* de modò dicta impœnitentia *pariter eſſe peccatum, & rurſum impœnitentiā* de iam pariter memorata impœnitentia *eſſe itidem* culpabilem *pœnitentiæ omiſſionem, & ſic in infinitum*. B.

A. Se-

A. Sæpe enim homo poſt commiſſum furtum e.c. moritur ex improuiſo, abſque eo, quòd aduertat ad obligationem pœnitendi, & per conſequens non cõmittit peccatum impœnitentiæ, quod patrari nequit absque aduertentia ad obligationem pœnitendi. *B.* Suarez diſput 15. ſect. 2. n. 13.

ASSERTIONVM THEOLOGICARVM DE POENITENTIA

PARS II.

DE SACRAMENTO POENITENTIAE.

Reſpondente

Reuerendo & Eximio Domino

CASPARO LANG.

SS. Theologiæ Candidato.

Vnà

Digitized by Google

Vnà cum Theſibus huius ſecundæ Partis, publicæ Diſcuſſioni propoſita quoque ſunto quæcunque primâ, & tertiâ parte ſtatuuntur; atque adeò fas, integrúmque cuique eſto peręquè illa, vt iſta impugnare.

CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ SECVNDVM SE.

§. 68.

DAri verum, propriéq; dictum Sacramentũ Pœnitentiæ, & quidem diſtinctum à Baptiſmo, contra Hæreticos noſtros A efficaciſsimis argumentis probari poteſt. II. ſecundum eſſentialem ſuum ritum ab vno, & ſolo Chriſto immediatè fuit inſtitutum Ioan: 20. quando à mortuis excitatus, ante Aſcenſionem in cœlum, inſufflauit in Diſcipulos ſuos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt B. — Sacramenti huius Exiſtẽtia & Inſtitutio.

A. A Tann. relatos q. 1. dub. 1. *B.* Suar. diſp. 17. Sect. 1. n. 12. Vaſq. q. 90. a. 1. dub. 1. n. 2. colligitúrque ex Trid. ſeſſ. 6. c. 14.

69. — Quidditas.

Sacramentum Pœnitentiæ eſt mora-

le

le quoddā compoſitum ex materia, formâq; conflatum A. II. *Requirit eſſentialiter externum aliquod ſignum tam ex parte* Pœnitentis, *quàm ex parte* Abſoluentis B. III. *Quamuis certum ſit hoc Sacramentum, non minùs quàm reliqua, eſſe ſymbolum* C, *probabile tamen eſt, non eſſe de primo eius conceptu, vt ſit ſymbolum, id eſt ſignificatiuum per perfectam quandam proportionem inter ipſum, & rem ſignificatam* D. IV. *Rectè deſcribitur (Sacramentum, in quo peccata ritè confeſſa per legitimam abſolutionem Sacerdotis injunctâ pœnitentiâ remittuntur.)* E.

A. Communiſſima ſententia. *B.* Itidem receptiſſima. *C.* Colligitur ex Trid. ſeſſ. 13. c. 3. *D.* P. Pallauicinus lib. 6. aſſert. Theo. n. 14. *E.* P. Dicaſt. diſp. 4. dub. 3. n. 24.

70.

Partes. *Partes conſtitutiuæ huius Sacramenti ſunt Cōtritio, Cōfeſſio Satisfactio, et Abſolutio* A, *quarū hæc* Forma B, *illa* materia *ſunt* C. II. *Nec Intentio* D, (*ſiue Miniſtri, ſiue Pœnitentis, ſiue Dei;*) *nec vi-*

gens

gens hominum de ſignificatione verborum exiſtimatio E, *nec denique ipſa peccata* F, *inter veras, propriáſq; huius Sacramenti* partes *recenſenda ſunt* G.

A. Paſſim Doctores. *B*. Florentinum in Decreto Eugenij, & Trid. Seſſ. 14. cap. 3. *C*. Colligitur ex modò citatis Concilijs. *D*. Communiſſima Veterum ſententia, à qua tamen recedunt Lugo diſp. 12. Sect. 2. P. Pallau. lib. 6. c. 2. n. 45. & ſeqq. quos ſequuntur plures Neotericorum *E*. cõt. Pall. ibid. n. 51. *F*. Celebratiſſima in ſcholis ſententia, à qua tamen malè recedit Lugo à num. 22. nonnulliſque alij definitionem *partis* ab eo traditam amplectentes. *G*. Videatur P. Dicaſtillo. tum hic diſp. 4. dub. 5. tum Tr. 1. diſp. 1. dub. 19. vbi multa abſurda contra has Recentiorum ſententias optimè deducit.

71.

A Sacramento Pœnitentiæ, quemadmodum & ab alijs concretis, *non ſemper idem* in recto *importatur; ſed modò materia, modò forma, modò vtraq;, prout ſcilicet id aliter, atque aliter conſideratur, nempe vel* materialiter, *vel* formaliter, *vel* eſſentialiter A. II. *In Sacramento hoc duplex præcipuè cõpoſitio cõſiderari poteſt; prima eſt ex ſigno*

 & ſi-

& ſignificatione Sacramentali, à Chriſto Domino impoſita actibus, qui aſſumuntur ad ſignificandam gratiam propriam huius Sacramenti: altera verò eſt ex ipſa materia ſignificãte B: *priori modo acceptum Sacramentum Pœnitentiæ materialiter non* ſupponit *vel pro actibus pœnitẽtis duntaxat, vel pro ſola Abſolutione Sacramentali, ſed pro vtriſq; coniunctim ſumptis, importando ſimul* in obliquo, *modò dictam ſignificationem: poſteriori autem ratione ſpectatum materialiter* ſupponit *tantùm pro actibus pœnitentis connotando in obliquo* Formam Abſolutionis C.

A. Multi Recentiorum *B.* Richardus, atque alij, quos ſequitur Lugo Cardin. diſp 12. ſect. 2. n. 13. C. Deducitur manifeſtè ex receptiſſimis principijs.

Cau… tio gratia.

72.

Sacramentum Pœnitentiæ reſpectu gratiæ producendæ non ſe habet ut mera conditio A, *ſed vt verum Dei in*ſtrumentum B; *Quomodo autem ad hanc inſtrumenti Diuini dignitatem eleuetur, haud modica eſt difficultas; probabi-*

babilius videtur ad eam euehi per promiſſionem Diuinam, vi cuius & phyſicâ, *&* metaphyſicà exigentiâ *trahit ſecum effectum à Deo promiſſum* c. I I. *Quæſtio ferè nominis eſt*, phyſicéne, *an* moraliter *cauſet gratiam*, *in qua tamen rectiùs videtur dici*, *ipſum nec eſſe* cauſam propriè moralem, *nec* cauſam phyſicam verè influentem; *verùm ei competere aliquid plus cauſalitatis, quàm habeat* cauſa purè moralis, *aut* mera conditio; *minus autem quàm habeat* cauſa per efficientiam phyſicam propriè influens; *proindéq; aſſerendum, ipſum ſuo modo eſſe quidem* cauſam phyſicam, at non phyſicè influentem; ſed tantummodo vi alligationis cum promiſſione Diuina determinantem Dei Omnipotentiam ad producendam, conferendámque pœnitenti gratiam remiſſiuam peccati D. &c. III. *Nequaquam cauſat per ultimum duntaxat ſui indiuiſibile, quo completur in eſſe Sacramenti* E; *aſt etiam per omnes ſuas par-*

partes, tametſi eæ amplius phyſicè non exiſtant F: *id quod nec mirum, nec nouum, at potius notiſſimum in alijs quoq; entibus, quæ non per influxum phyſicũ, ſed per exigentiam duntaxat determinant* G. IV. *Cauſat autem Sacramentum hoc gratiam Sacramentalem non in tempore (ſiue determinato* H, *ſiue indeterminato* I,) *ſed in inſtanti* K.

A. Paſſim Authores. *B*. Communis Catholicorm Doctorum ſenſus. *C*. Pallauicinus lib. 6. aſſertion. cap. 16. n. 216. & ſeqq. *D*. Ita aliqui ingenioſi Recentiores, quos ſequitur P. Pallau. cap. citato, maximè à n. 215. licet hic agat ſolùm de cauſalitate *Sacramenti in genere*. Pro maiore autem huius ſententiæ intelligentia cum ijſdem Authoribus aduertendum, ea quæ phyſicè determinant res ad exiſtendum in triplici gradu, ac differẽtia eſſe. alia influunt in exiſtentiam illius rei; alia per ſuam perfectionem eam exigunt, ſed non influunt; alia nec influunt, nec exigunt, ſolúmque ſunt id, quo poſito aliquid aliud in rei exiſtentiam influit, aut illam exigit. Ad tertium genus ſpectant *conditiones*, vt approximatio reſpectu effectus producendi. Ad ſecundum pertinent *cauſa phyſica minùs propria*, e. c. gratia reſpectu habi-

habituum ſupernaturalium, imò & auxiliorũ; vtpote quæ exiſtens nunc ex communiſſima ſententia exigat dari auxilia pro tempore ſequente, quando ſcilicet vrget præceptorum obſeruatio. Atque in hac claſſe ponimus Sacramenta, quæ ratione preteritæ promiſſionis Dei exigunt tam phyſicè, quàm metaphyſicè gratiam produci à Deo, cúmque determinant ad *Sacramentalis gratiæ* collationem. *E*, Lugo diſp. 4. de Sacram. in communi ſect. 4. n. 46. *F*, Ratio eſt, quia Deus non mouetur ad producendam gratiam Sacramentalem ſolùm ab vltimo Sacramenti indiuiſibili, ſed ab omnibus Sacramenti partibus, earúmque exigentia. Accedit quòd ex vna parte certum ſit, Sacramenta eſſe cauſam gratiæ, ex altera verò nulla ratio ſubſit negandi vllis partibus vim cauſandi gratiam Sacramentalem; cùm omnes ſint ſignum viſibile inuiſibilis gratiæ: ergo &c. Nec obſtat, quòd eæ præteritæ ſint reſpectu collationis gratiæ; tum quia ſufficit, ſi exiſtant in aliquo ſuo effectu; tum quia cauſa, quæ non determinat *per influxum*, ſed *per ſolam exigentiam*, non eſt neceſſe, vt exiſtat; vti mox pluribus exemplis demonſtrabitur. *G*. Cuiuſmodi ſunt Paſſio, ac merita Chriſti, itẽ in communi ſententia Sacramentum validum & informe, quibus à SS. Patribus, ac Theo-

logis communiter tribuitur ſimilis efficacitas in ordine ad noſtram iuſtificationem. *H.* Communiſſima Veterum, Recentiorúmque ſententia. *I.* P. Pallau. l. 6. c. 17. *K.* Receptiſſimum in ſcholis aſſertũ.

CAPVT II.

De Contritione Sacramentali.

§. 73.

Contritionis Sacramentalis natura.

CONTRITIO *eſt* intrinſeca, eſſentialiſq; pars *Sacramenti Pœnitentiæ* A. II. *Non tantùm Contritionẽ perfectam, aſt & Attritionem*, etiam cognitam vt talem, *eſſe poſſe partem Sacramenti Pœnitentiæ dogma Fidei eſt* B. III. *Fit ſufficienter* ſenſibilis *per confeſſionem, prout hæc eius compars eſt* C. IV. *Vtut remiſſa ſit tam* ad valorem, *quàm* ad effectum *Sacramenti ſufficiens eſt* D. V. *Quocunque* motiuo *honeſto niti poteſt; etiam timore mali temporalis, vt infamiæ, carceris, ægritudinis, euerſionis* Reipublicæ, *ac ſimilium, quæ ob peccata incurri ſolent; dummodo huiuſmodi mala auerſeris* in ordine ad Deum, *quatenus ſcilicet ea ab illo vel infliguntur, vel infligẽda pu-*

tan-

tantur B. V I. *Quamuis laudabiliter eliciatur ex intentione* formali, *ſeu* expreſſa *confitendi, id tamen haud neceſſarium; ſed ſat eſt, ſi deteſtatione peccati ſine vllo expreſſo ad intentionē confitendi ordine elicitâ â ſuo poſtea vtaris tempore ad exhomologeſin peragendam* F.

A. Communiſſima ſententia Theologorum contra Scotum, quorum aliqui cenſurâ eius ſententiā notant. *B.* Ex Trid. Seſs. 14. c. 4. *C.* Doctores paſſim, vt videre eſt apud Card. de Lug. diſp. 14. ſect. 1. & 2. & alios hic. *D.* Aſſertio receptiſſima. *E.* Regin. Tom. 1. lib. 5. de Contrit. n. 4. & Thomas Tambur. in Methodo expeditæ confeſſionis lib. 1. c. 1. § 4. *F.* Iidem, aliíque, quos citat, & ſequitur Lugo diſput. 14. Sect. 4.

74.

Ad Contritionem Sacramentalem (*ſiue Sacramenti* valorem, *ſiue* effectū *ſpectemus*) *variæ exiguntur conditiones. 1°. neceſſe, vt ſit formalis deteſtatio* A: *hinc nullo modo ſufficit vel diſplicentia* negatiua, *vel ſolummodo* virtualis, *cuiuſmodi eſt amor Dei, voluntas efficax deſtruendi peccatum, intentio* Conditiones.

con-

confitendi &c. Si quis tamen ſuorum peccatorum memor ex dilectione Dei ſuper omnia confeſſus fuiſſet, practicè *iudicandus eſſet habuiſſe quoque ſimul contritionem ad Sacramentum neceſſariam* B. II°. *exigitur, vt ſit immediatè de ipſis peccatis* C; *defectu cuius conditionis nullum eſſet Sacramentum, caſu quo quis confiteretur cum ſolo dolore*, quòd non doleat de peccatis D (*quanquam in hominibus timoratæ conſcientiæ nullum actualem affectum ad peccatum habentibus ſupponi poßit tali cum dolore coniunctam quoq; deteſtationem à Sacramento requiſitam* E.) III°. *Debet eſſe vera, & non tantùm exiſtimata* F. *vnde licet quis cum tali contritione excuſetur à peccato, nullum tamen reipsâ efficitur Sacramentum* G. IV°. *Opus eſt, vt ſit efficax* H; *cuius nequaquã ſufficiẽs ſignum eſt, quòd habeas intentionem efficacem ſuſcipiendi hoc Sacramentum, aut redeundi in amicitiam Dei, &c.* I. V°. *Neceſſarium, vt ſit ſupernaturalis* K, *& quidem* quò ad

ſub-

ſubſtantiam L, etiam in confeſſione venialium M: *quare minimè ſubſiſteret Sacramentum, caſu quo poneretur contritio* merè humana N. VI°. *Oportet, ut ad omnia mortalia commiſſa ſe extendat* O, *etiam ad ea, quæ fortè è memoria dilapſa ſunt* P. *Denique* VII°. *Neceſſe, vt includat propoſitum ſerium, atque efficax ampliùs non peccandi* Q; *quanquam non exigatur* formale, *ſeu* explicitum, *ſed ſufficiat* virtuale, *ſiue* implicitum R.

A. Colligitur ſatis clarè ex Trid. Seſſ. 14 cap 3. éſtque communiſſima cùm veterum, tum Recentiorum. *B*. Tambur. lib. 1 cap. 1 §. 5. *C*. Eſt itidem communiſſima. *D*. Laym. lib 5. Tract. 6. cap. 4. n. 5. Præpoſ. hìc dub. 3. n. 40. & paſſim alij Theologi. *E*. Tambur. cap. 1. §. 1. fauétq; Laym. citatus. *F*. Receptiſſima aſſertio. *G*. Card. de Lugo diſp. 14. ſect. 6. n. 70. & 71. *H*. Videantur Tanner. diſp. 6. q. 6. dub. 4. n 83. & 84 & Filliuc. Tract. 7. cap 6 q. 6. *I*. Ratio eſt, quia cum tali intentione non ſemper coniungitur contritio efficax; poteſt enim quis hodie habere intentionem efficacem confitendi cras, & cras confiteri ſine efficaci contritione. *K*. Suar. diſp.

20. ſect.2. & ſect.4. Valent. q.8. p.4. Tann. diſ.6. q.6. dub.4. a nũ.85. *L.* Suar. & Tann. ibidem atque Coninck diſp.4. dub. 5. *M.* Supponitur tum ab ijsdem Authoribus, tum ab alijs paſſim. *N.* Doctrina longè communiſſima. *O.* Paſſim Authores. *P.* Ratio eſt, quia vnum peccatum mortale non remittitur, ſine alio; nullum autem peccatum mortale remittitur, quin priùs retractetur: ergo &c. *Q.* Conſtat ex Concilio Trid. ſeſſ.14. cap.4. exigente ad Sacramentum Pœnitentiæ, vt à Contritione excludatur omnis voluntas peccandi in futurum. *R.* Vega in Trid. lib.13. cap. 21. Regin. To.1. lib.5. de Contrition. Bonac. hîc diſp.5. q.5. ſect.1. n 8. ac Lugo diſp. 14. ſect 5. n.52. & ſeqq.

75.

Ordo ad ſuas cõpartes

Neque ad valorem, *neque* ad effectum *Sacramenti neceſſarium eſt, vt contritio Confeſſionem antecedat* A; *verùm ſat eſt, ſi poſt eam eliciatur* B, *ante Abſolutionem tamen, quam ſi non præcedat certum eſt nullum fieri Sacramentum* C. II. *Similiter nulli ex ſuis compartibus neceſſariò coexiſtit* phyſicè, *ſed ſufficit ſi illis* ut compartibus judicij Sacramentalis vniatur D. III.

Quan-

Quanto autem tempore confeſſioni præmitti queat, vt adhuc eſſe poſſit pars Sacramenti, non videtur metaphyſicè determinari poſſe, ſed prudentis iudicio omnibus coſideratis decernendum. B.

A. Ita ferè omnes Theologi teſte Lug. diſp. 14. ſect. 2. contrariam ſententiam notante tanquam ſingularem, quam tamen ſequuntur Coninck diſp. 4. dub. 6. Ochagauia Tr. 1. q. 18. Laym. lib. 5. cap. 4. n. 4. & Palao Tr. 23. p. 7. n. 11. *B.* Hurtad. diſp. 6. diff. 10. & Fagund præcepto 2. Eccleſ. lib 2. cap. 6. n. 10. C. Palao Tr. 23. p. 7. n. 10. *D.* Receptiſſima ſententia.

76.

Vnius, eiuſdemq; numero Contritionis habilitas ad diuerſa Sacramenta conſtituenda.

Satis probabile eſt, aliquando vnum, eundémque numero Contritionis actum ſufficere ad duplex Sacramentum Pœnitentiæ recipiendum; ſaltem quando in ſecunda confeſſione ſolùm explicantur peccata, aut circumſtantiæ, quæ fortè vel per obliuionem, vel iuſta aliqua ex cauſa in prima exhomologeſi omiſſa fuerant A: *neceſſe hîc tamen, vt præterita illa Contritio non ſit ita tempore disiuncta à* reconciliatione, *ut moraliter vnum quid cum ea facere non cen-*

ſcantur B II. *Hinc quia probabile, contritionem præcedente die elicitam facere vnum quid cum confeſſione diei ſequentis* C; *ideo pariter probabile eſt, cōtritionem confeſſionis heſternæ poſſe extendi ad exhomologeſin hodiernam noxarum, atque circumſtantiarum in illâ* inculpabiliter *omiſſarum* D.

A Henriq lib. 1. de Pœnit. c. 26 §. 7. Tambur Tract de Pœnit lib 1. cap. 2. § 5. & Salas, quē ſequitur Lugo diſp. 14. ſect. 3. *B.* Lugo ſect 3. *C.* Præpoſ q. . de Confeſſione dub 1. n. 30. Tamb. §. 5. n. 8. & colligitur ex Lugone diſp. 14. ſect. 4. in fine n. 36, & initio n. 37. *D.* Tamb. ibid.

Contritio Sacramentalis de Venialibus ne.

77.

Etiam ad Confeſſionem venialium exigitur formalis *Contritio, minimèque ſufficit* virtualis, *aut* ſimplex de illis diſplicentia A. II. *Peccat lethaliter, qui de vnico veniali confeſſionem inſtituit abſq; debita contritione* B: *venialiter tamen tantummodo delinquit, qui plura ſiue venialia, ſiue mortalia aliàs per Sacramentum expiata, Sacerdoti exponit, dummodo de vno ſaltem, alter-*

alteróve ritè conteratur C. III. *Poteſt quis* efficaciter *deteſtari noxam aliquã venialem, quin vel* formaliter, *vel* virtualiter *deteſtetur omnes alias eiuſdem ſpeciei* D. IV. *Ad Sacramentum Pœnitentiæ de venialibus neceſſe non eſt, vt de illis ſeorſim doleas, eáq; ſeorſim confitearis; ſed ſatis, ſi doleas de eorum multitudine, v. g. de frequentia mendaciorũ, ſeu de mendacijs vt frequentibus, eámq; frequentiã confitearis, licet nullũ* determinatè *ſufficienter deteſteris* E.

A. Communiſſima Aſſertio, colligitúrq; ſatis apertè ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. quidquid dicant Tamb. lib. 1. cap. 3. § 1. Præpoſ. diſp. 2. de Contritione dub. 7, n. 73. & nonnulli alij apud hos, exiſtimantes probabiliter ſufficere quoq; *cōtritionem virtualem* B. Receptiſſima ſententia apud Lug. diſp. 14. ſect. 8. contra quendam Theologum recentiorem. *C. F*agund. lib. 2. de ſecundo Eccleſ. præcept. cap. 1. n. 3. aliíque paſſim. *D.* Lugo diſp. 14 ſect. 8. § 3. & lib. 1. Reſponſ. moralium dub. 29. ac Tamb. lib. 1. cap. 3. §. 2. n. 9. *E.* Iidem.

78.

Contritio Sacramentalis præter deteſta- Propoſitum ab ea incluſum.

teſtationem & dolorem de peccatis, includit quoq; neceſſariò propoſitum amplius non peccandi A, & quidem non qualecunq;, ſed ſerium, & efficax B, atque in ſua entitate ſupernaturale C.

II. Licet haud dubiè tutiſſimum ſit D ad Sacramentum Pœnitentiæ adferre propoſitum formale non peccandi de cætero, probabilius tamen ſufficit etiam propoſitum virtuale E; adeóque quando deteſtatio peccati ex modo ſuo tendendi includit huiuſmodi propoſitum virtuale, ad valorem effectúmque Sacramenti haud alio propoſito formali opus eſt; ſecùs dicendum ſi deteſtatio peccati non includat vllum vniuerſale propoſitum, (vt fit, quando Attritio elicitur ex motiuo peculiaris alicuius peccati, v.c. Luxuriæ); tunc enim omnino ſuperaddendum propoſitum explicitum in poſterum non peccandi F.

A Patet ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. *B.* Conſtat itidē. ex eodem Trid. ibid. *C.* Doctrina apud omnes ferè Theologos indubitata. *D.* Propter authoritatem in contrarium plurimorum doctiſſimorum Theologorum.

rum. *E*, Vega in Trid. lib. 13. cap. 21. Reginal. to. 1. lib. 5. de Contrit. Bonac. de pœnit. diſp. 5. q 5. S. 1. § 8. & Lugo diſp. 14. ſect. 5. n. 52. *F*. Tamb. lib. 1. cap. 1. § . 3. n. 8.

79.

Ad Sacramentũ Pœnitentiæ de mortalibus *non eſt ſatis, quòd propoſitum excludat voluntatem peccandi* in eo genere peccatorum, *quæ à pœnitente patrata ſunt; ſed præterea neceſſe, vt ſit propoſitum* vniuerſale *vitandi* collectiuè *omnia peccata lethalia* A; *ídq; ſatis clarè colligitur ex Concilio Tridentino ſeſſ.* 14. *c*. 4. II. Per ſe loquendo, *neceſſe eſt, vt propoſitum hoc ſe extendat ad vitandas* omnes occaſiones proximas peccati mortalis, *& quidem non tantùm peccati mortalis* in ſpecie C, *verùm etiam peccati mortalis* in genere D: *quare animaduertens quis, quòd conuerſando cum Petro v. g. ſe ſe exponat* morali periculo, *delinquendi grauiter vel contra caſtitatem, vel in materia detractionis, vel gulæ, aut alterius noxæ lethalis etiam* indeterminatæ, *ſuſcepturus Pœnitentiæ*

Sacra-

Sacramentum, ſub graui ſacrilegio, tenebitur ſerium & efficax elicere propoſitum vitandi deinceps illam familiaritatem; tanquam proximam occaſionem peccati lethalis. *Dixi ſuprà* per ſe loquendo; *nam per accidens ratione grauis ſcandali, infamiæ, damni corporalis, aut ſpiritualis, &c. excuſatur pœnitens à fugienda occaſione illa, ratione cuius ſæpe cadit in peccatū* E; *id, quod pariter aſſerendum non tantùm reſpectu pœnitentium* non recidiuorum; *ſed etiam* recidiuorum. *Aduertendum hîc tamen diligenter, teneri pœnitentem in tali caſu ſaltem mediocri diligentiâ adhibere* media (*orationis v. g. noui propoſiti, &c.*) *quibus occaſio illa vel* in totū, *vel ſaltē* ex parte *fiat* minùs proxima; *proindéq; huiuſmodi in caſibus neceſſe omnino eſt, vt propoſitū pœnitētis, ſaltē* virtualiter *ſe extendat ad huiuſmodi media ſuo tempore adhibenda* F.

A. Lugo diſp. 14. ſect. 5. & ſect. 9. n. 132. atq; Tamb. lib. 1. c. 1. §. 3. et c. 3. §. 5. *B.* Certa, & communis Theologorum ſententia apud Tamb. lib. 1. cap. 3. §. 3. *D.* Lu-

go diſp. 14. ſect. 9. *E.* Aſſert. in ſcholis notiſſima. *E.* Certa apud Theolog. doctrina.

80.

Ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ de venialibus *non eſt neceſſe, vt propoſitum ſe extẽdat ad vitanda omnia peccata, quæ à pœnitente in exhomologeſi dicuntur* A; *ſed ſat eſt, ſi vel ad vnum aliquod determinatè* B, *imò etiam ſi ad aliqua ex illis indeterminatè* C *extendatur.* II. *Quando quis confitetur mendacium v. g. haud eſt neceſſariũ, vt propoſitum pœnitentis extendatur ad omnia eiuſdem ſpeciei mendacia deuitanda* D. III. Quantũ eſt ex parte pœnitentis *& dari poteſt, & de facto ſæpe datur multis in hominibus,* efficax, abſolutúmq; propoſitũ *de vitandis tam* diſtributiuè, *quàm* collectiuè *omnibus omnino peccatis etiam venialibus* E; *& quamuis haud dubiè talis actus ſit de obiecto* moraliter impoſſibili F, *non repugnat tamen* ſub paulò antè dicta limitatione *eum laudabiliſſimè, prudentiſſiméq; elici* G. IV. *Propoſitum vitandi*

tandi venialia non obligat ad fugiendas omnes occaſiones proximas H. *ſicut obligat propoſitum vitandi mortale* I.

A. Communiſſima ſententia. *B.* Supponitur paſſim, traditúrq; expreſſe à Tābur. lib. 1. cap. 1. §. 2. n. 2. *C.* Cōinck diſp. 2. dub. 14. Laym. Tr. 6. cap. 4. n. 19. atq; Tamb. lib. 1. cap. 3. §. 5 n. 15. *D.* Iidem. *E.* Communis Fidelium ſenſus. *F.* Vt conſtat ex Tract de Gratia. *G.* Lugo diſp. 4. ſect 9. *H.* Tamb. lib. 1. cap. 3. §. 5. *I.* Idem ibidem.

§ I.

Defectus Propoſiti ad Contritionem Sacramentalem requiſiti duobus potiſſimùm modis cognoſcitur, altero euidenter, *altero* probabiliter A. I°. *modo arguitur hic defectus ex defectu animi ſerij, & efficacis præſtandi id, ad quod ſub mortali tenemur, vt reſtituendi rem alienam, famam ablatam reſarciendi, cauendi occaſionem proximam peccati mortalis &c.* B. II° *verò modo non rarò colligitur ex defectu emendationis, ſeu ex continuo in eadem peccata lethalia relapſu* B: *id quod cum proportione extendendum quandoq; etiam ad propo-* ſitum

ſitum de venialibus D; *maximè in pue-ris, & rudioribus illis, qui vtut aliàs mul-tifariam venialiter delinquant, non ni-ſi tria, aut quatuor mendaciola eâdem ſemper formulâ clauibus ſubijcere ſolēt, parùm aliàs ſolliciti de emendatione in futurum.*

A. Certa Theologorum doctrina. *B.* Paſſim Doctores. *C.* Iidem. *D.* Theologi communiter.

§ 2.

Contritio Sacramentalis reuocatur *tam per actum adæquatè contrarium* A, *quàm* per quodcunque *nouum pecca-tum lethale* B. II. *Si pœnitens* (*vt ſæpe fit*) *doleat vel de ſolis venialibus; vel e-tiam de venialibus, & mortalibus ſimul* ex motiuo vniuerſali *cadente in om-nia peccata, e.g.* quia ſunt offenſa Dei, *poſtea autem ante abſolutionem rela-batur in noxam aliquam venialem op-poſitam* motiuo præhabitæ deteſta-tionis; *verius eſt ad valorem Sacramen-ti eum non indigere noua Contritione* E. III. *Quando quis per vnum* phyſicè in-diui- Contritionis retractatio.

diuiſſibilem actum *deteſtatur ſimul plura peccata*, per relapſum *in aliquod veniale ex ipſis, non reuocatur hoc ipſo Contritio reſpectu aliarum noxarum, vel grauioru͂, vel diuerſæ ſpeciei* D.

A Lugo diſp. 14. ſect. 9 atque Tamb. lib. 1. cap. 2. §. 4. n. 6 & cap. 3 §. 4. n. 11. Dixi autem *adæquatè contrarium*, quia, vt patebit ex aſſert. 2 & 3. ſi actus non ſit adæquatè contrarius, non ſemper reuocatur Cõtritio ad valorem, fructúmq; Sacramenti neceſſaria. *B.* Iidem ibidem. C. Lugo, & Tamb. citati, hic lib. 1, cap. 3. §. 4. ille verò ſect. 9. à num. 143. *D.* Iidem eod loco.

§ 3.

Defectus Cõtritionis in ordine ad valorẽ Sacramenti.

Haud dubiè valde probabile eſt ex defectu tum propoſiti, tum Contritionis *dari poſſe Sacramentum Pœnitentiæ* validum, & informe A; *imò ſi Authorum numerum ſpectes probabilius id eſt, quàm oppoſitum* B; *abſolutè tamen loquendo verius videtur contrarium.* II. Ex *diuerſis modis explicandi ſententiam noſtræ aſſertioni contrariā ille vero propior eſt, quem excogitauit P. Suarez* D, *nempe quando quis commiſſis pluribus peccatis lethalibus, memór-*

mórq; tantùm aliquorũ, de his duntaxat *dolet* (*ex peculiari ſcilicet motiuo turpitudinis, ac grauitatis offenſæ Diuinæ, quæ in eis reperitur,*) *ſicq; accedens ad confeſſionẽ,* accuſando ſe ſolùm de illis, *recipit Abſolutionem; quo in caſu valde probabile eſt Sacramentum eſſe validum, & informe: quare tunc ob probabilitatem huius opinionis nõ erit adigendus pœnitens ad repetendam exhomologeſin, quam ſine propoſito &* attritione vniuerſali *inculpabiliter fecit.*

A. Ita communiter Authores. *B.* Videantur Doctores hi apud Recentiores. *C.* Vaſq, q. 92. a. 2. dub. vnico. Cõinck diſp. 4. dub. 11. Fagund. in 2. Eccles. Præcepto lib. 2. cap. 7. ubi alios citat, eámque teſte Lugone ſequũtur plures Recentiores. *D.* Diſp. 20. ſect. 5.

Capvt III.

De Confeſſione Sacramentali.

§. 84.

Confeſſionis Sacramentalis Diuiſio. ag

N*On ſola Confeſſio* iudicialis, *ſeu ſtricto modo accepta; ſed etiã ſub-diſiunctiuè* extraiudicialis, *eſt pars* intrinſeca A, *atq;* eſſentialis B *Sacramen-*

Definitio. *menti Pœnitentiæ* II. *Rectè definitur (ſenſibilis accuſatio de proprijs peccatis facta à Pœnitente ad eorum veniam per legitimam abſolutionem obtinendam* C.

A. Eſt hoc tempore certa contra nonnullos Thomiſtas. *B*. Eſt itidem hodie contra eoſdem indubitata. *C*. Receptiſsima definitio. 85.

Confeſſionis Materia circa quam. *Materia* circa quam *Confeſſionis Sacramentalis ſolū eſt peccatum, vel in inſtanti terminatiuo Baptiſmi* A, *vel pòſt commiſſum* B; *non autem* imperfectiones à peccato diſtinctæ C; *licet hæ quoque laudabiliter in exhomologeſi manifeſtari poßint à pœnitente, tum ad pleniorem notitiam* ſui *Confeſſario tribuēdam; tum, vt ſi quid fortè culpæ in ijs fuerit ipſe diſcernat, & id quoque per Sacramentum, & abſolutionem deleatur* D. II. *Peccatum mortale nondum clauibus ſubiectum materia neceſſaria*, veniale, & quodcunque per abſolutionem iam ritè expiatum *materia ſufficiens eſt* E. III. *Vt Sacramentum ſubſiſtat, neceſſariò afferendum eſt vnum ſaltem aliquod peccatū; quod*

verè commiſſum ſit F. *Quare ſi pœnitens ſola peccata* dubia *confiteatur moneri debet, vt addat noxam aliquam* indubiam *ex aliàs patratis, quam ſi non affert dimittendus erit in aliud tempus, ſolúmq; in neceſſitatis articulo* ſub cõditione *abſolutio ei impertienda erit* G.

A. Lugo diſp. 16. ſect. 1. *B.* Communis Fideliũ ſenſus. *C.* Certa apud Theologos ſentẽtia. *D* Lugo diſp. 16. ſect. 2. §. 16. n. 03. cõtra Ioan. Sanctiũ. in Selectis diſp. 1. diſp. 6. & diſp. 7. *E.* Doctrina indubitata. *F.* Suarez diſp. 18 ſect 1. & Tamb. lib. 2. c. 1. § 3. n. 18. *G.* Ita paſſim vel ſupponitur, vel docetur.

86.

Examẽ Cõſciẽtiæ Confeſſionis prærequiſitũ.

Ad Confeſſionem Sacramentalem de mortalibus, per ſeloquendo præmittendum à pœnitente diligens, prudénsque conſcientiæ examen A, *niſi id fortè à Confeſſario ſuppleatur* B, *quo caſu certum eſt ſuppleri illud oportere non quali quali diſquiſitione,* ſed prudente, atque diligente C. II. *Quanta verò ea* diligentia *eſſe debeat non poteſt in particulari certâ quâdam regulâ decerni, ſed ex diuerſis circumſtantÿs, perſona,*

lo-

loci, temporis, negotiorum, rationiſque viuendi & id colligendum eſt D: *generatim tamen loquendo haud maiore opus eſt accuratione quàm mediocri, qualis ſcilicet à viris prudentibus* communiter *adhiberi ſolet in re graui* E; *idq; verum, etiamſi accuratiore ſupra mediocrem diſcuſſione certò iudicares te in aliorum quoq; mortalium notitiam deuenturum* F. III. *Qui non præmiſere ſufficiens examen, id indicare tenentur Cōfeſſario, vt eorū defectum ſuppleat* G. *Et verò aliqui adeò rudes ſunt, vt planè neceſſariò congruis interrogatiunculis à Sacerdote iuuandi ſint* H. IV. *Deniq; ad Valorem, fructúmq; huius Sacramēti ſufficit tale examen, quale pœnitens bonâ fide putat eſſe ſufficiens* I.

A. Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. *B*. Doctrina, praxiſq; communiſſima. *C*. Aſſertio apud Theologos indubitata. *D*. Vaſq. q. 91. a. 1. dub. 6. Suar. diſp. 22. Coninck diſp. 7. dub. 9. Reginal. l. 4. cap. 2. Dicaſt. diſp. 9. dub. 10. *E*. Tan. Hurt. diſp. 9. diff. 8. Dicaſt. cit. & alij. *F*. Iidē. *G*. Cōmunis praxis, Fideliúmq; ſenſus. *H*. Tan. & Hurt. citati. *I*. P. Premulus hîc cap. 4. n. 47.

In

87.

In Confeſsione per ſe loquendo *à pœnitente diſtinctè explicãdæ ſunt malitiæ mortales* ſpecie morali *diſtinctæ* A, *ſententiáq;* B *aiens* (*non dari obligationem declarandi ſingulas haſce deformitates, ſed illas ſolùm, quæ mediocriter doctis communiter notæ ſunt*) *ſi vti ſonat intelligatur, videtur apertè aduerſari Concilio Tridentino ſeſs.* 14. *can.* 7. *vniuerſaliter, & ſub anathemate damnãti* (*aſſerentes non eſſe neceſſariò confitendas circumſtantias mortales, quæ mutant ſpeciam*). II. *Quia tamen, vt alibi docuimus, non incurritur* ſpecialis malitia *alicuius peccati, niſi ea animaduertatur, & cum à rudioribus communiter ignorentur in peccato ſubtiliores illæ malitiæ ſpecie morali inter ſe diſtinctæ, de quibus Doctores in Scholis diſputant, ideo ſi pœnitẽtes explicent in confeſsione eas malitias, quæ communiter ſolent eſſe notæ ſuæ cõditionis hominibus, cenſendi videntur explicáſſe totã illam malitiam, quam reipsâ contraxerunt,*

Confeſſio Malitiarũ lethaliũ *ſpecie morali* diſtinctarum.

runt,

Digitized by Google

nino, proindéq; Confeſſarius regulari. *ter non tenebitur ad vlteriorem eorundem examinationem.*

A Ita Theologi paſſim, & patet ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 7. *B* Caietani Tom. 1. opuſc. Tr. 5. q. 3. Cani relect. de pœnit. p. 5. & Fagund. lib. 4. de ſecundo Eccl. præcepto cap. 2. n. 4. C. Atq; ita Authores paulò antè citati videntur conciliari poſſe cũ communi ſententia.

88.

Confeſſio Circumſtãtiarum mortalium mutantiũ moraliter ſpeciẽ.

Præter malitias mortales ſubſtantiales ſpecie morali diſtinctas, explicandæ ſunt etiam in confeſſione circumſtantiæ lethales mutantes moraliter ſpeciem A, *cuiusmodi ſunt* I°. *Circumſtantia iuramenti in graui promiſſionis violatione.* B. II°. *Circumſtantia blaſphemiæ, quâ præter Deum, Diuus quoq; aliquis blaſphemetur* C. III°. *Circumſtantia voti in tranſgreſſione præcepti à Prælato, ſiue Superiore impoſiti* D. IV°. *Circumſtantia mali* ſpecie morali *diuerſi per imprecationẽ alicui deſiderati, ſi illud deſideretur quatenus tale malũ, vt ſi imprecaeris alteri malum vel in*

bo-

bonis fortunæ, vel in bonis honoris vel in bonis corporis, aut in bonis ſpiritualibus, quatenus talia ſunt B; *idq; verũ, licet imprecatio ſit inefficax* F. V°. *Circumſtãtia odij, quo efficaciter ita deſideras alicui malum aliquod diuerſum ſpecie morali, vt ſi poſſes illud inferres. vnde nequaquã ſatisfaceres confitendo (te habuiſſe odiũ graue contra proximum;) ſed inſuper exponenda eſt ſpecies moralis mali deſiderati* G. VI°. *Circumſtantia rei ſacræ in furto rei Deo ſacræ* H, *loci ſacri in furto rei non ſacratæ (ſaltem pertinẽtis ad* Eccleſiam) *aut in ea poſitæ, tanquam in aſylo* I; *nec non rei ſacræ, locíq; ſacri ſimul, ſi furtum vtriuſq; circumſtantiæ malitiam cõtineat* K. VII°. *Circumſtantia vſus grauiter profani in re* Deo *actu dedicata, ac conſecrata in ſacrorum uſum* L. VIII°. *Circumſtantia odij, percuſſionis, contumeliæ, detractionis &c. in parentes, filios, coniugem, fratres, & in quotquot ſe extendit* Pietatis officium M. IX°. *Circumſtantia iniuriæ contra* Superiores, *quando hæc*

non tantùm grauem malitiam continet contra Iuſtitiam,*ſed etiam contra* Obſeruantiæ *virtutem* N. X°. *Circumſtantia percuſſionis, vulnerationis, occiſionis &c. perſonæ ſacræ* O. XI°. *Circumſtantia copulæ eunuchi* P, *frigidi* Q, *alióue modo impotentis* R. XII°. *Circumſtantia tũ* ſexus S, *tum* vaſis indebiti *in actibus impudicis* T. XIII°. *Circumſtãtia inceſtûs in peccatis cum conſanguineis, & affinibus* V. XIV°. *Circumſtantia inceſtus cum nouerca patre viuente* X. XV°. *Circumſtantia concubitûs cum dæmone, in quo præterea exprimendum, an dæmon fuerit ſub forma* fœminę, *aut* viri; *item an ſub ſpecie* perſonæ coniugatæ, profeſſæ &c. Y XVI°. *Circumſtantia* objecti ſpecie morali diſtincti, *ſi in illud quà tale tendat delectatio praua. hinc quando delectatio fuit de copula, aſpectu, vel tactu impudico quà talibus diligenter id in Sacra exhomologeſi explicandum* Z. *Idémq; dicendum, ſi delectatio fuit de coniugata, conſanguinea, religioſa &c. vt talibus, ſecùs ſi*

non

non fuit de illis vt talibus w. XVII°. *Circumſtantia tactûs, actûſque impudici* cauſantis pollutionem A A. *imò & ſolummodo* proximum illius periculũ *afferẽtis* B B. XVIII°. *Circumſtantia copulæ illicitæ, effuſioniſque ſeminis factæ in Eccleſia* C C, *& quidem ex probabiliore ſententia, quamuis ea ſit occulta* D D. *Idémq; eſto iudicium de effuſione ſanguinis humani in Eccleſia* E E. XIX°. *Circumſtantia cuiuscunque alterius obligationis ſpecie morali diſtincta in violatione alicuius actionis, omiſſioníſq; debita* F F. XX°. *Circumſtantia violentiæ in furto* G G, *vel copula cũ fœmina inuita, ac reluctante* H H. XXI°. *Circumſtantia transferens peccatum de mortali in veniale, & è contrario; vt ſi quis ſe inebriaret putans id eſſe* ſolùm veniale, *aut garriret in templo exiſtimans id eſſe* mortale I I. *Ac denique, quod inſtar* regulæ generalis *hac in re ſeruire poterit, (quoties aliqua circumſtantia apparet mala ideo, quia* grauiter *opponitur* diuerſæ K K regulæ ra-

Digitized by Google

tionis, *à regula cui vel ſubſtantia a-* ctûs moralis, *vel alia* illius *circumſtã-tia non opponitur, differet ab illis ſpecie morali mortali*) LL.

A Eſt certa ex Trid. ſuprà cit. *B*. Lugo diſp. 16. ſect. 4. *C* Sanch. in ſum. To 1. lib. 2. cap. 23. n. 14. Laym. lib. 4. Tr. 10. cap. 6. n. 11. Suar. To. 1. de Religione Tr. 3. lib. 4. cap. 6. n. 18. & 19. contra Azorium; Caiet. & alios apud Dianam To. 1. Tr. 7. reſol. 50. *D*. Ouied. 1. 2. Tr. 6. c. 5. p. 3. §. 1. *E*. Suar. diſp. 6. *de Caritati oppoſitis* ſect. 2. n. 3. ubi addit non dubitandum, num tales malitiæ in confeſſione diſtinctè aperiendę ſint. *F*. Paſſim Doctores. *G*. Communis Theologorum ſenſus. *H* Ioannes Papa cap. *quiſquis* 17. q. 4. & teſte Ouiedo 1. 2. Tr. 6. C. 5. p. 3. § 4. conſentiunt omnes Doctores. *I*. Laym. lib. 4. Tr. 10. cap. 7. n. 17. Rebellus p. 1. lib. 3. q. 15. n. 25. & Reginal. To. 2. lib. 23. cap. 1. n. 12. *K*. Iidem. *L*. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. cap. 45. dub. 3. Laym. lib. 5. de ſacrilegio, c. 5. atque Ouied. §. 4. n. 34. *M* Ouied. § 5. & alij apud ipſum. *N*. Lugo diſp. 16. n. 310. & Tamb. lib. 2. cap. 5. §. 2. n. 11. *O*. Cõmunis Doctorũ ſentẽtia. P. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp. 5. n. 14 Henriquez lib. de pœnit. cap. 6. n. 3. in gloſſa litt. m. Ouied. §. 7. n. 52. *Q*. Iidem *R* Lugo diſp. 16. ſect. 4. n. 175. vbi ait à Doctoribus ſuppo-

ni, hanc circumſtantiam ſpecialem neceſ-
ſariò in confeſſione explicandam eſſe. S.
Ouied, §. 7. *T.* Doctrina communiſſima.
Addunt tamen aliqui, non eſſe neceſſariò
explicandas peculiares partes corporis,
niſi ſit affectus aliquis particularis ad
partes præpoſteras *ob ſodomiam*, eæ enim
ſi abſtrahas à ſodomia *materialiter* tan-
tùm ſe habent, vt etiã aduertit Filliuc. Tr.
30. c. 8. n. 15. & illa maior delectatio, quæ
in vna parte indebita quæritur, non tran-
ſcendit ſpeciem malitiæ, quæ in alia itidẽ
parte indebita reperitur, ut bene obſer-
uat Tamb. lib 2. cap. 7 §. 10. n. 64. *V.* Do-
ctores paſſim. *X.* Lugo diſp. 16. ſect. 6.
n. 321. atque Ouied. §. 11. n. 77. *Y.* Tamb.
lib. 2. c. 7. n. 78. ratio eſt, quia tunc præter
malitiam contra religionem deriuatam à
commertio cum Dei, noſtrúmque om-
nium nequiſſimo hoſte additur affectus
ad talem perſonam. *Z* Eſt certa, vt videre
eſt apud Ouied. 1. 2. Tr. 6. c. 4. p. 7. n. 54. *VV.*
videantur Vaſq. 1. 2. diſp. 112. c. 2. Leſſ. lib.
4. c. 3. n. 112. Salas Tr. 13. diſp. 6. ſect. 6. n. 56.
& 57. Palao To. 1. Tr. 2. diſp. 2. p. 10. §. 4. n. 4.
Et Ouied. paulò antè cit. *AA.* Indubi-
tata apud Theolog. ſententia. *BB.* Certiſſi-
ma itidem in Scholis doctrina. *CC.* Vide
Tamb. cap. 7 § 5. n. 35. *DD* Suarez. To. 3.
de Relig. lib. 3. cap. 7 n. 4. Sanch lib. 9. de
Matrim. diſp. 15. n. 5. Bonac. de Matrim. q.

 4. p.

4 p. vlt. n. 7. cõt. Vaſq. 1. 2. diſp 98. C. 3. n. 6. Baſil. Pontiũ de Matrim lib. 10. c. 10. n. 15. & nonnullos alios. *E E.* Authores cõmuniter. *FF.* Comunĩs Doctorũ Fideliúmq; ſenſus. *GG.* Lugo diſp. 16. ſect. 12. *HH.* Fill. Tr 30. cap. 6. *II.* Certa omnium Theolog. doctrina. *KK.* Quænam regulæ *diuerſæ* dicantur, cõſtat partim ex Philoſophia, partim ex 1. 2. *LL.* Ratio *à priori* eſt, quia omnis *circumſtantia moralis* ſpecificatur ab obiecto, vt habente oppoſitionẽ cum regula rationis, ſeu conſcientiæ: ergo quęcunq; ex circuumſtantijs peccati *grauiter* opponitur *regulæ rationis diuerſæ à regulis cæterarum circumſtantiarum*, differet ab illis ſpecie morali.

89.

Confeſſio maliciarũ ſpeciei moraliter diuerſæ, quãdo ea grauem actui malitiã non ſuperaddunt.

Licet autem in Sacra exhomologeſi, per ſe loquendo, neceſſariò exponendæ ſint à pœnitente omnes, & ſingulæ ſpecies, ac circũſtantiæ morales peccatorũ, mortalẽ malitiam actui ſuperaddentes, *nulla tamẽ datur obligatio declarandi quoque circumſtantias atq; malitias etiam* ſpeciei moraliter diuerſæ, *ſi ea* notabilem actui malitiã non ſuperaddant A, *tales autem ſunt* I°. *reliquiarum geſtatio, dum quis committis*

mittit peccatum aliquod, v.g. fornicationem B. II°. *Circumſtantia peccati venerei cum filio, aut filia Confeſſarij, abſtrahendo à loco, & cauſa Confeſſionis* C. III°. *Malitia, ac circumſtantia voluntatis, quâ quis præter graue damnum in honore vult illi quoque leue aliquod malum in bonis fortunæ* D. IV°. *Malitia, quâ quis* ob finem venialem *committit aliquod mortale &c. quo caſu non eſt neceſſariò explicanda malitia* finis E. V°. *Circumſtantia perſonarum, coram quibus quis fuit turpia locutus, licet præuideantur per hoc indirectè mouendi* ad ſimilia peccata: *quare non tenebitur quis explicare coram quibus fuerit turpia locutus, vt an fuerint religioſi, coniugati. &c. modò* poſitiuè & directè *eorum lapſum non intenderit* F; *tunc enim haud dubiè ſpecies ſcandali, ſeu peccati, ad quod induxit explicanda eſſet* G. VI°. *Circuſtantia* Virginitatis *in puero vel puella ſe polluentibus* H. VII°. *Circumſtan-*

ſtantia I *perſonarum, de quibus quis venereè delectatur* K, *aut turpiter loquitur*, ſolùm delectando ſe de turpi narratione, aut etiam de obiectis ipſis per locutionem repræſentatis L; *ſi delectatio non ſit de illis quà talibus* M, *aut cum eorũ deſiderio coniuncta ſit* N. *Idem dicendum quoque de delectatione, de aſpectibus, quando quis aſpicit mulieres, aliáſq; perſonas affectu venereo, ſine earundẽ deſiderio* O. VIII°. *Circumſtantia ſtatûs Religioſi in auertente aliũ à Religione* P. IX°. *Circumſtantia in peccato Luxuriæ ſponſam, ſponſúmue* de futuro *habentis* Q. X°. *Virginitas, ſiue viri, ſiue puellæ primâ vice violantiũ virginitatem* R; *itémq; an puella fuerit ſub cura parentum* S, *dummodo bonâ fide putetur peccatum non manifeſtandum* T. XI°. *dignitas perſonæ delinquẽtis* V (*in peccato tamen non habente cõiunctam malitiam ſcandali* X); *ſicque præſcindendo à ſcandalo, non tenetur pœnitens in Confeßione dicere ſe eſſe Epiſcopum, Prælatum &c.* XII°. *Circum-*

ſtan-

ſtantia Luxuriæ cũ perſona hæretica Y, *atq; adeò non improbabiliter baptizati cum non baptizata* Z. XIII°. *Circumſtantia aſpectûs, tactûsq; impudici &c. in loco ſacro, ſi ea acciderint ſine ſeminis effuſione, illiúsue periculo proximo* AA. *id quod aſſerendum pariter de percuſsione in Eccleſia ac cæmiterio, ſi ea fiat ſine ſanguinis effuſione, eiúsq; itidem periculo proximo* BB. XIV°. *ſpes veniæ, cum qua aliquis peccat* CC XV°. *Circumſtantia diei feſti, aut perceptæ eodem die* Cõmunionis *in eo, qui peccauit lethaliter, dummodo delictum in ſpecialem Dei, aut Religionis irreuerentiam non cedat* DD. XVI. *Circumſtantia vehementiſsimæ inſpirationis in contrarium, dum quis peccat* EE.

A. Conueniunt in hoc puncto omnes Theologi, vt videre eſt apud Hurt. diſp. 9. diff. 2. *B.* Filliuc. Tr 30. c. 7. n. 129. & Tamb. lib. 2. cap. 7. n. 42. C. Filliuc. Tr. 30. cap. 5. n. 105. Tamb. ibid. n. 19 & 34. Baſil. Pontius de Impedim. matrim. cap. 24. §. 2. Bonac. q. 4. de Matr. p. 16. n. 7. & diſp. 5. de Sacram. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 5. & alij quos citat, ſequitúrq; Diana To. 1. Tr. de circu-

ſtan-

nem, proindéq; Confeſſarius regulari- *ter non tenebitur ad vlteriorem eorun- dem examinationem.*

A Ita Theologi paſſim, & patet ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. & can. 7. *B* Caietani Tom. 1. opuſc. Tr. 5. q. 3. Cani relect. de pœnit. p. 5. & Fagund. lib. 4. de ſecundo Eccl. præcepto cap. 2. n. 4. C. Atq; ita Authores paulò antè citati videntur conciliari poſſe cũ communi ſententia.

88.

Confeſſio Circumſtãtiarum mortalium mutantiũ moraliter ſpeciē.

Præter malitias mortales ſubſtantiales ſpecie morali diſtinctas, explicandæ ſunt etiam in confeſſione circumſtantiæ lethales mutantes moraliter ſpeciem A, *cuiusmodi ſunt* I°. *Circumſtantia iuramenti in graui promiſſionis violatione.* B. II°. *Circumſtantia blaſphemiæ, quâ præter Deum, Diuus quoq; aliquis blaſphemetur* C. III°. *Circumſtantia voti in tranſgreſſione præcepti à Prælato, ſiue Superiore impoſiti* D. IV°. *Circumſtantia mali* ſpecie morali *diuerſi per imprecationē alicui deſiderari, ſi illud deſideretur quatenus tale malũ, vt ſi imprecareris alteri malum vel in*

be-

bonis fortunæ, vel in bonis honoris vel in bonis corporis, aut in bonis ſpiritualibus, quatenus talia ſunt B; *idq; verũ, licet imprecatio ſit inefficax* F. V°. *Circumſtãtia odij, quo efficaciter ita deſideras alicui malum aliquod diuerſum ſpecie morali, vt ſi poſſes illud inferres. vnde nequaquã ſatisfaceres confitendo (te habuiſſe odiũ graue contra proximum;) ſed inſuper exponenda eſt ſpecies moralis mali deſiderati* G. VI°. *Circumſtantia rei ſacræ in furto rei* Deo *ſacræ* H, *loci ſacri in furto rei non ſacratæ (ſaltem pertinẽtis ad* Eccleſiam) *aut in ea poſitæ, tanquam in aſylo* I; *nec non rei ſacræ, lociq; ſacri ſimul, ſi furtum vtriuſq; circumſtantiæ malitiam cõtineat* K. VII°. *Circumſtantia vſus grauiter profani in re* Deo *actu dedicata, ac conſecrata in ſacrorum uſum* L. VIII°. *Circumſtantia odij, percuſſionis, contumeliæ, detractionis &c. in parentes, filios, coniugem, fratres, & in quotquot ſe extendit* Pietatis officium M. IX°. *Circumſtantia iniuriæ contra* Superiores, *quando hæc*

non tantùm grauem malitiam continet contra Iuſtitiam, *ſed etiam contra* Obſeruantiæ *virtutem* N. X°. *Circumſtantia percuſſionis, vulnerationis, occiſionis &c. perſonæ ſacræ* O. XI°. *Circumſtantia copulæ eunuchi* P, *frigidi* Q, *alióue modo impotentis* R. XII°. *Circumſtantia tũ* ſexus S, *tum* vaſis indebiti *in actibus impudicis* T. XIII°. *Circumſtãtia inceſtûs in peccatis cum conſanguineis, & affinibus* V. XIV°. *Circumſtantia inceſtus cum nouerca patre viuente* X. XV°. *Circumſtantia concubitûs cum dæmone, in quo præterea exprimendum, an dæmon fuerit ſub forma* fœminę, *aut* viri; *item an ſub ſpecie* perſonæ coniugatæ, profeſſæ &c. Y XVI°. *Circumſtantia* objecti ſpecie morali diſtincti, *ſi in illud quà tale tendat delectatio praua. hinc quando delectatio fuit de copula, aſpectu, vel tactu impudico quà talibus diligenter id in Sacra exhomologeſi explicandum* Z. *Idémq; dicendum, ſi delectatio fuit de coniugata, conſanguinea, religioſa &c. vt talibus, ſecùs ſi*

non

Digitized by Google

non fuit de illis vt talibus Z. XVII°. *Circumſtantia tactûs, actûsque impudici* cauſantis pollutionem AA. *imò & ſolummodo* proximum illius periculũ *afferẽtis* BB. XVIII°. *Circumſtantia* copulæ illicitæ, effuſionisque ſeminis factæ in Eccleſia CC, *& quidem ex probabiliore ſententia, quamuis ea ſit occulta* DD. *Idémq; eſto iudicium de effuſione ſanguinis humani in* Eccleſia EE. XIX°. *Circumſtantia cuiuscunque alterius obligationis ſpecie morali diſtinctæ in violatione alicuius actionis, omiſſioniſq; debitæ* FF. XX°. *Circumſtantia violentiæ in furto* GG, *vel copula cũ fœmina inuita, ac reluctante* HH. XXI°. *Circumſtantia transferens peccatum de mortali in veniale, & è contrario; vt ſi quis ſe inebriaret putans id eſſe* ſolùm veniale, *aut garriret in templo exiſtimans id eſſe* mortale II. *Ac denique, quod inſtar* regulæ generalis *hac in re ſeruire poterit, (quoties aliqua circumſtantia apparet mala ideo, quia* grauiter *opponitur* diuerſæ KK regulæ ra-

tionis, *à regula cui vel ſubſtantia a-ctûs* moralis, *vel alia* illius *circumſtā-tia non opponitur, differet ab illis ſpecie morali mortali*) LL.

A Eſt certa ex Trid. ſuprà cit. *B*. Lugo diſp. 16. ſect. 4. *C*. Sanch. in ſum. To 1. lib. 2. cap. 23. n. 34. Laym. lib. 4. Tr. 10. cap. 6. n. 11. Suar. To. 1. de Religione Tr. 3. lib. 4. cap. 6. n. 18. & 19. contra Azorium, Caiet. & alios apud Dianam To. 1. Tr. 7. reſol. 50. *D*. Ouied 1. 2. Tr. 6. c. 5. p. 3. §. 1. *E*. Suar. diſp. 6. *de Caritati oppoſitis* ſect. 2. n. 3. ubi addit non dubitandum, num tales malitiæ in confeſſione diſtinctè aperiendę ſint. *F*. Paſſim Doctores. *G*. Communis Theologorum ſenſus. *H* Ioannes Papa cap. *quiſquis* 17. q. 4. & teſte Ouiedo 1. 2. Tr. 6. C. 5. p. 3. § 4. conſentiunt omnes Doctores. *I*. Laym. lib. 4. Tr. 10. cap. 7. n. 17. Rebellus p. 1. lib. 3. q. 15. n. 25. & Reginal. To. 2. lib. 23. cap. 2. n. 12. *K*. Iidem. *L*. Leſſ. lib. 2. de Iuſt. cap. 45. dub. 3. Laym. lib. 3. de ſacrilegio, c. 8. atque Ouied §. 4. n. 34. *M* Ouied. § 5. & alij apud ipſum. *N*. Lugo diſp. 16. n. 310. & Tamb. lib. 2 cap. 5. §. 2. n. 11. *O*. Cōmunis Doctorū ſentētia. P. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp. 5. n. 14 Henriquez lib. de pœnit. cap. 6. n. 3. in gloſſa litt. m. Ouied. §. 7. n. 52. *Q*. Iidem *R* Lugo diſp. 16. ſect. 4. n. 175. vbi ait à Doctoribus ſuppo-

ni, hanc circumſtantiam ſpecialem neceſſariò in confeſſione explicandam eſſe. S. Ouied, §. 7. *T*. Doctrina communiſſima. Addunt tamen aliqui, non eſſe neceſſariò explicandas peculiares partes corporis, niſi ſit affectus aliquis particularis ad partes præpoſteras *ob ſodomiam*, eæ enim ſi abſtrahas à ſodomia *materialiter* tantùm ſe habent, vt etiā aduertit Filliuc. Tr. 30. c. 8. n. 15. & illa maior delectatio, quæ in vna parte indebita quæritur, non tranſcendit ſpeciem malitiæ, quæ in alia itidē parte indebita reperitur, ut bene obſeruat Tamb. lib 2. cap. 7 §. 10. n. 64. *V*. Doctores paſſim. *X*. Lugo diſp. 16. ſect. 6. n. 321. atque Ouied. §. 11. n. 77. *T*. Tamb. lib. 2. c. 7. n. 78. ratio eſt, quia tunc præter malitiam contra religionem deriuatam à commertio cum Dei, noſtrúmque omnium nequiſſimo hoſte additur affectus ad talem perſonam. *Z* Eſt certa, vt videre eſt apud Ouied. 1. 2. Tr. 6. c. 4. p. 7. n. 54. *VV*. videantur Vaſq. 1. 2. diſp. 112. c. 2. Leſſ. lib. 4. c. 3. n. 112. Salas Tr. 13. diſp. 6. ſect. 6. n. 56. & 57. Palao To. 1. Tr. 2. diſp. 2. p. 10. §. 4. n. 4. Et Ouied. paulò antè cit. *AA*. Indubitata apud Theolog. ſententia. *BB*. Certiſſima itidem in Scholis doctrina. *CC*. Vide Tamb. cap. 7 § 5, n. 35. *DD* Suarez. To. 3. de Relig. lib. 3. cap. 7 n. 4. Sanch lib. 9. de Matrim. diſp. 15. n. 5. Bonac. de Matrim. q.

 4. p.

4 p. vlt. n. 7. cõt. Vaſq. 1. 2. diſp 98. C. 3. n. 6. Baſil. Pontiũ de Matrim lib. 10. c. 10. n. 15. & nonnullos alios. *E E*. Authores cõmuniter. *FF*. Comunis Doctorũ Fideliúmq; ſenſus. *GG*. Lugo diſp. 16. ſect. 12. *HH*. Fill. Tr 30. cap. 6. *II*. Certa omnium Theolog. doctrina. *KK*. Quænam regulæ *diuerſæ* dicantur, cõſtat partim ex Philoſophia, partim ex 1. 2. *LL*. Ratio *à priori* eſt, quia omnis *circumſtantia moralis* ſpecificatur ab obiecto, vt habente oppoſitionẽ cum regula rationis, ſeu conſcientiæ: ergo quęcunq; ex circuumſtantijs peccati *grauiter* opponitur *regulæ rationis diuerſæ à regulis cæterarum circumſtantiarum*, differet ab illis ſpecie morali.

89.

Confeſſio malitiarũ ſpeciei moraliter diuerſa, quãdo ea grauem actui malitiã non ſuperaddunt.

Licet autem in Sacra exhomologeſi, per ſe loquendo, neceſſariò exponendæ ſint à pœnitente omnes, & ſingulæ ſpecies, ac circũſtantiæ morales peccatorũ, mortalẽ malitiam actui ſuperaddentes, *nulla tamẽ datur obligatio declarandi quoque circumſtantias atq; malitias etiam* ſpeciei moraliter diuerſæ, *ſi ea* notabilem actui malitiã non ſuperaddant A, *tales autem ſunt* I°. *reliquiarum geſtatio, dum quis com-*

mittis

Digitized by Google

nittit peccatum aliquod, v.g. fornicationem B. II°. *Circumſtantia peccati venerei cum filio, aut filia Confeſſarij, abſtrahendo à loco, & cauſa Confeſſionis* C. III°. *Malitia, ac circumſtantia voluntatis, quâ quis præter graue damnum in honore vult illi quoque leue aliquod malum in bonis fortunæ* D. IV°. *Malitia, quâ quis* ob finem venialem *committit aliquod mortale &c. quo caſu non eſt neceſſariò explicanda malitia* finis E. V°. *Circumſtantia perſonarum, coram quibus quis fuit turpia locutus, licet præuideantur per hoc indirectè mouendi* ad ſimilia peccata: *quare non tenebitur quis explicare coram quibus fuerit turpia locutus, vt an fuerint religioſi, coniugati.&c. modò* poſitiuè & directè *eorum lapſum non intenderit* F; *tunc enim haud dubiè ſpecies ſcandali, ſeu peccati, ad quod induxit explicanda eſſet* G. VI°. *Circuſtantia* Virginitatis *in puero vel puella ſe polluentibus* H. VII°. *Circum-*

ſtantia I *perſonarum, de quibus quis venereè delectatur* R, *aut turpiter loquitur*, ſolùm delectando ſe de turpi narratione, aut etiam de obiectis ipſis per locutionem repræſentatis L; *ſi delectatio non ſit de illis quà talibus* M, *aut cum eorũ deſiderio coniuncta ſit* N. *Idem dicendum quoque de delectatione, de aſpectibus, quando quis aſpicit mulieres, aliásq; perſonas affectu venereo, ſine earundẽ deſiderio* O. VIII°. *Circumſtantia ſtatûs* Religioſi *in auertente aliũ à Religione* P. IX°. *Circumſtantia in peccato Luxuriæ ſponſam, ſponſúmue* de futuro *habentis* Q. X°. *Virginitas, ſiue viri, ſiue puellæ primâ vice violantiũ virginitatem* R; *itémq; an puella fuerit ſub cura parentum* S, *dummodo bonâ fide putetur peccatum non manifeſtandum* T. XI°. *dignitas perſonæ delinquẽtis* V (*in peccato tamen non habente cõiunctam malitiam ſcandali* X); *ſícque præſcindendo à ſcandalo, non tenetur pœnitens in Confeſſione dicere ſe eſſe Epiſcopum, Prælatum &c.* XII°. *Circumſtan-*

ſtantia Luxuriæ cũ perſona hæretica Y, *atq; adeò non improbabiliter baptizati cum non baptizata* Z. XIII°. *Circumſtantia aſpectûs, tactûsq; impudici &c. in loco ſacro, ſi ea acciderint ſine ſeminis effuſione, illiúsue periculo proximo* AA. *id quod aſſerendum pariter de percuſſione in Eccleſia ac cæmiterio, ſi ea fiat ſine ſanguinis effuſione, eiúsq; itidem periculo proximo* BB. XIV°. *ſpes veniæ, cum qua aliquis peccat* CC XV°. *Circumſtantia diei feſti, aut perceptæ eodem die* Cõmunionis *in eo, qui peccauit lethaliter, dummodo delictum in ſpecialem Dei, aut Religionis irreuerentiam non cedat* DD. XVI. *Circumſtantia vehementiſſimæ inſpirationis in contrarium, dum quis peccat* EE.

A. Conueniunt in hoc puncto omnes Theologi, vt videre eſt apud Hurt. diſp. 9. diff. 2. *B.* Filliuc. Tr 30. c. 7. n. 129. & Tamb. lib. 2. cap. 7. n. 42. C. Filliuc. Tr. 30. cap. 5. n. 105. Tamb. ibid. n. 19 & 34. Baſil. Pontius de Impedim. matrim. cap. 24. §. 2. Bonac. q. 4. de Matr. p. 16. n. 7. & diſp. 5. de Sacram. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 5. & alij quos citat, ſequitúrq; Diana To. 1. Tr. de circũ-
ſtan-

ſtantijs aggrauantibus reſol. 12. & Tr. 3. Miſcel. reſolut. 11. Contrarium tamen tenent Sanch. lib. 7. de Matrim. diſp. 55. Coninck diſp. 32. n. 23. Fagund. & alij apud Dian. paulò antè cit. *D*. Eſt communis *E*. Eſt itidem communis. *F*. Lugo diſp. 16. ſect. 4. n. 159. atque Tamb. lib. 2. cap. 1. n. 105. aſſerentes pœnitentem ſatisfacturum ſe generatim accuſando de ſcandalo graui pluribus perſonis dato. Eſt tamen contra Sanch. lib. 1. in Decal. c. 6. n. 8. Coninck diſp. 32. de Caritate dub. 5. n. 35. ac Vaſq. à Tamb. citatum *G*. Iidem. *H*. Lugo diſp. 16. ſect. 4. § 7. fauéntq; Filliuc. Tr. 30. c. 3. n. 71. & Tamb. lib. 2. cap. 7. n. 20 & n. 58. *I*. Multi præſtantiſſimi Theologi apud Ouied. Tr. 6. C. 4. p. 7. & alios recentiores. *K*. Vaſq. 1. 2. diſp. 111. & 112. Palao. To. 1. Tr. 2. p. 10 § 4. aliíq; non pauci, quos ſequitur Tamb. lib. 2. cap. 7. § 1. *L*. Tamb. lib. 2. c. 7. § 2. *M*. Vti in ſimili ſuprà dictum eſt. *N*. Tunc enim certum eſt explicanda eſſe tā obiecta, quàm perſonarum circumſtantias. *O*. Tamb. ibid. § 1. *P*. Sanch. lib. 5 Sū. cap. 6. n. 10. *Q*. Videantur Baſ. Pontius de Matr. lib. 11. n. 8. Azor apud Filliuc. Tr. 30. cap. 2. n. 53. Laym. lib. 5. Tr. 10. p. 1. c. 1. n. 6. Lugo diſp. 16 ſect. 4. n. 178. & alij paſſim. *R*. Lugo diſp. 16. ſect. 4. § 7. aliíque apud ipſum. *S*. Idē n. 227. *T*. Ibidem. *V*. Henriq. Coninck. Filluc. & alii relati à Diana To. 1.

Tr.

Digitized by Google

Tr.7.reſol 6.contra Nunnum in addit.ad 3.p.q.9.dub 3.concl. 2.& 3.atq;Fagundez præcepto 2 lib 4.c.3.n.8. *X*. Lugo diſp. 16.ſect.4 n.179. *Y* Tamb.lib.2.cap.7 §.4. n 21.22.& 23. *Z*. Idem ibid. Azor, To.3. lib.3.cap.29.q.3. aliíq; apud Dian. Tom. 2.Tr.4.de Sacram.reſol.138. *AA*.Fagun. Præcept.2.lib.4.cap.4.n.31. *BB* Theologi cõmuniter. *CC*.Tãb,lib. 2.c.2 §. 2. *DD*. Dicaſt.diſp.cit.n.722.cũ multis aliis. *EE*. Lugo diſp.16.ſect.12.n 514.atq;Tamb.lib. 2.c.2.§.3.n.10. 90.

Confeſſio malitiarum peccati, ſpecie methaphyſica diſtinctarum.

Præterea non tenetur quis in confeſſione exponere ſpecies metaphyſicas *noxarum lethalium* A, *hinc* I°. *non tenetur pœnitens exprimere in particulari articulos Fidei, quos negauit, vel contra quos deliberatè dubitauit; adeóque quantùm ex hoc capite eſt, ſatisfaciet dicendo (ſe toties prolapſum in hæreſim,) nullo nominato articulo, quem negauit, vel contra quem dubitauit* B. II°. *non tenetur declarare materiam, in qua facta eſt* ſuperſtitio, *aut* diuinatio; *vt an facta ſit per ſomnia, carmina, imagines, aquam, ſtellas &c.* C. III°. *nõ tenetur nominare Dei attributum, aut*

Per-

Perſonam Diuinam, quam Blaſphemauit; ſed ſatis erit, ſi dicat, ſe blasphmâsſe Deum D. IV°. *Omiſſâ aliquâ officij Diuini horâ, non tenetur eam nominatim indicare in confeſſione* B. V°. *non tenetur in particulari explicare* ſpeciem mali phyſici, *quod deſiderauit alteri* F, *imò probabiliter nec* moralem *quidẽ* G, *niſi malũ impreceris* quà tale in ſpecie H. *vel quod non niſi rarò contingit* I, *volueris, ſi potuiſſes ipſemet illud proximo inferre* K, *proindéque ſiue mortem, ſiue paupertatẽ, ſiue dæmonem, ſiue infamiã &c. alteri deſideraueris, ſatisfacies dicendo, te deſideraſſe proximo graue malum. Idémq; eſto iudicium de gaudio, quo gauiſus fuiſti de morte, de inopia, de dedecore alterius; ſatis enim erit, ſi dicas te toties de graui proximi malo delectatum* L. VI°. *Non tenetur dicere ſpeciem carnis, quam die prohibito comedit* M. VII°. *Non tenetur explicare circumſtantiam* ſtupri, adulterij, ſacrilegij &c. *quorum narratione turpi delectatus eſt* N; *niſi delectatio fuerit de his ob-*

ie-

iectis vt talia *ſunt* O. VIII°. *Non tene-tur patefacere ſpeciem beſtiæ cum qua, vel circa quam venereè peccauit* P. IX°. *Qui ſe v.g. de adulterio, aut fornicatio-ne jactauit, non tenetur exponere ſpe-ciē noxæ, de qua ſe iactauit; ſatisfaciétq; dicendo (iactaui me toties de peccato mortali patrato* Q.) *idémq; cum pro-portione aſſerendum, ſi non te ipſum, ſed alium de huiuſmodi, aliiſq; peccatis laudes* R. *aduertendum tamen cum hu-iuſmodi laudationibus non rarò coniun-gi quoq; actus alios malos nimirum de-ſiderij, complacentiæ de obiecto prauo &c. qui haud dubiè ſigillatim à pœnitē-te exponendi ſunt* S. X°. *Non tenetur ex-primere rei ſpeciem, qui furatus eſt e-quum, vel bouem* T. XI°. *Non tenetur exponere ſigillatim contumelias* V, & *detractiones* X, *qui alterum huiuſmo-di iniurijs affecit.* XII°. *Qui per iudiciū temerarium peccauit, non obligatur ad dicendam ſpeciem materiæ, circa quam iudicium verſabatur* Y. *Poſtremùm, ſit-que* regula hac in re generalis (*quan-*

do-

docunq; ſpecies peccatorum phyſicè diuerſæ opponuntur eidem ſpecie regulæ rationis, eæ ſunt eiuſdē ſpeciei moralis z) proindéq; ſufficit, ſi in exhomologeſi omiſſá differentiâ phyſicâ *explicetur ſola eorum malitia moralis grauis, deſumpta ab oppoſitione ad regulam conſcientiæ, ſeu rationis.*

A, In hoc puncto conueniunt Theologi, vt videre eſt apud Hurt. diſp. 9. diff. 2. & alios paſſim. *B*. Reginal. To. 1. lib. 6. c. 4. n. 114. Tamb. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 2. Dian. Tr. de Circumſt. aggrauantibus reſol. 46. atque Ouied. Tr. 6. C. 5. p. 3. §. 3. *C*. Tamb. lib. 2. cap. 2. § 5. *D*. Comm. ſententia. *E*. Doctores paſſim. *F*. Aſſertio receptiſſima. *G*. Valēt. To. 3. diſp. 3. q. 11. p. 2. Luiſius Turr. 2. 2. diſp 91. dub. 1. in fine Bonac. in 1 prçcepto Decal. diſp. 3. q. 5. p. vlt. §. 1. n. 10. Dian, To. 1. Tr. de circumſt. aggrauantibus reſol. 30. & Tamb lib. 2. c. 6. §. 3. contra Soarium diſp. 6. de Caritate ſect. 2. Coninck ibid. diſp. 29. dub. 3. n. 61. multóſq; alios. *H* Lugo diſp. 16. ſect. 5. n. 261. *I*. Plerumque enim huiusmodi mala *ab imprecante* non attenduntur *quatenus talia* ſunt, ſed *quatenus ſunt malum graue proximi*; adeóq; cum differentia talis mali *materialiter* duntaxat ſe habeat in ordine ad odium,

dium, non mirum, quòd huiuſmodi a-ctus in ratione peccati ſpecificationem ſuam non ſumant à differentia ſpecifica talis mali, ſed à ratione communi mali, quam *formaliter* intendunt. *K.* Eſt certa, vt bene Tamb. paulò antè citatus. *L.* Idem ibid. *M.* Ouied Tr. 6. C. 5. p. 2. n. 20. *N.* Tamb. lib. 2. cap 7 §. 1. vbi rectè aduertit, ſi dum de turpibus confabularis, eadem concupiſcas, certum eſſe materiam, ſeu obiectum omnino declarandum eſſe. O. Eſt paſſim receptiſſima. *P.* Filliuc. Tr. 30. cap. 8. n. 161. Tamb. lib. 2. cap. 7. §. 10. n. 78. Q. Caſtro pal. To. 1. Tr. 2. diſp 2. p. 11. n. 6. Tamb. lib. 2. cap. 7. §. 3. n. 8. *R.* Tamb. ibid n. 13. *S.* Idem. n. 10. *T.* Communiſſima. *V.* Sa. verb. *Contumelia*, vbi aſſerit omnes contumelias, ac detractationes eſſe eiuſ-dem ſpeciei. Bonac. diſp. 2. de peccatis q. 4. p. 2. Azor. p. 3. lib. 3. cap. 5. q. 1. Ouied. Tr. 6. c. 5. p. 3. n. 27. contra Salam Tr. 13. diſp. 5. ſect. 8. n. 9. Ioan. Sancium diſp. 6. n. 3. Soarium diſp. 6 *de Caritati oppoſitis* ſect. 2. n. 3. *X.* Molina To. 5. de Iuſtitia Tr. 4. diſp. 19. n. 3. Azor p. 3. lib. 13. c. 5. dub. 1. Tamb. lib. 2. cap. 9. n. 2. *Y.* Tamb. ibid. n. 3. *Z* Alij alias dant. regulas, vt videre eſt apud Vaſq. Tan. Granad. & Ouied. 1. 2. noſtra ta-men videtur expeditior. ratio autem re-gulæ noſtræ eſt, quam inſinuaui §. præce-denti litt LL. (quia ſcilicet actiones mo-rales ſpecificantur ab obiecto, prout eſt

in

in conſcientia operantis): ergo ſi aliqua objecta peccatorum ſint tantùm *contra vnam, & eandem regulam conſcientiæ*, tribuẽt vnam, & eandem ſpeciem moralem peccatis; ſicut è contrario tribuẽt diuerſam illis ſpeciem, ſi ea *diuerſis conſcientiæ regulis opponantur*.

91.

Confeſſio Circumſtãtiarum intra eã dẽ ſpeciẽ aggrauantium.

Certum eſt intra eandem ſpeciem, tam phyſicam, quàm moralem *dari circumſtantias* notabiliter aggrauantes A. *Vnde vel inde patet, quàm inconſequenter philoſophentur Recentiores quidam, dum alibi docent* (*omnia ea differre ſpecie, quæ* notabiliter inter ſe differunt) *hîc verò cum alijs concedunt* in eadem ſpecie infima *dari huiuſmodi circumſtantias* notabiliter *aggrauantes* B. *Hæ circumſtantiæ, ſi Sacerdos interroget pœniténſque recordetur, ex communiſſima ſententia in Confeſſione explicandæ ſunt* C; *ſi tamen pœnitens non interrogetur, ex tutiſſima in praxi, atque etiam ſpeculatiuè probabiliſſima doctrina haud tenetur eas in confeſſione explicare* D. *Huiuſmodi verò circumſtãtiæ ſunt* I°. *Differentia eminentioris* Or-

di-

dinis ſacri *in peccante contra caſtitatem* E. II°. *Circumſtantia voti ſolemnis, in peccato contra caſtitatem, ſiue illud votum ſe teneat ex parte* agentis, *ſiue* patientis, *ſiue etiam ex parte vtriusq; quare non teneris in Confeſſione manifeſtare, vtrùm ſis Sacerdos, aut Religioſus, ſimplicíue alio voto deuinctus, ſed ſatisfacies dicendo te tali modo contra votum caſtitatis, vel cum habente votum toties deliquiſſe* F. III°. *Differentia graduum viciniorum lineæ rectæ*, naturali iure *dirimentium matrimonium*, in copula, oſculis, tactibus, &c. *idémque cum proportione eſto iudicium de alijs cognationum claſſibus* (nempe conſanguinitatis inter fratres, ac ſorores; cognationis iure tantum poſitiuo dirimentis contractum Matrimonialem; cognationis ſpiritualis; cognationis Legalis &c,) *quos gradus cum alijs ſuæ claſſis gradibus comparando, probabiliùs non tenetur pœnitens Confeſſario exponere, ſed ſat erit, ſi dicat e. c. ſe ſemel cõmiſiſſe inceſtum cum*

aliqua conſanguinea intra rectam lineam non declarando, num fuerit filia, an mater, an auia &c. G. *Imò ſi uera ſit ſententia* D. *Thomæ.* 2. 2. q. 154. a. 9. & *aliorum ibidem negantium distinctionē ſpecificam* in genere moris *inter conſanguinitatem, & affinitatem, ſatisfaciet quis dicendo (ſe feciſſe inceſtum) in quocunque conſanguinitatis, aut affinitatis gradu fuerit perſona qua cum deliquit* H. IV°. *Inductio alterius* ad copulā *ſecum habendam; adeóq;* inducens *ſatisfaciet, ſi dixerit (ſe habuiſſe toties copulam cũ talis conditionis perſona)* I. V°. *Numerus perſonarum, cum quibus fornicatio v.g. commiſſa fuit, dummodo dicatur fornicationum numerus* K. VI°. *Circumſtantia plurium præceptorum concurrentium,* materialiter tantùm diuerſorum, *contra quæ peccatum fuit, vt quando quis negligit ſacrũ, aut ieiuniũ occurrentibus pluribus præceptis,* materialiter duntaxat *diſtinctis* L VII°. *Quantitas rei ablatæ; dummodo dicat pœnitens ſurreptã à ſe quã-*

titatem notabilem M. VIII°. *Circumſtantia conſcientiæ erroneæ* N. *hinc regulariter non obligaris dicere neglectam à te miſſam die reuera feſto, dummodo explices verum peccatum dicendo v.g.* (*omiſi miſſam, putans me peccare grauiter* O.) IX°. *Circumſtantia ſcientiæ, ac ignorantiæ affectatæ. Idcirco haud teneris exprimere vtrùm peccatum ſcienter, an verò cum ignorantia culpabili patratum ſit* P. *quamvis interdum per accidens ad declarandum, num incideris in pœnas, cenſuras, & reſeruationem oporteat id explicare; cenſuræ enim plerunq; non feruntur in peccata commiſſa ex conſcientia erronea, aut ex ignorantia culpabili, niſi hæc ſit valde craſſa, & æquiualens dolo* Q. X°. *ſpecies vitij, de quo alterum quis temerè iudicauit* R. XI°. *ſpecies peccati lethalis, de quo te iactaſti* S. XII°. *Inſtrumentum, quo quis pollutionem procurauit* T. XIII°. *Situs in copula coniugali, dummodo aliàs contra illius finem peccatum non fuerit* V. XIV°. *Neglectio periculi, &*

occa-

occaſionis peccandi in eo, qui ex tali neglectu in ipſo periculo ſuperatus eſt x. XV°. *Socordia, quâ quis ſe ab alio ſeduci permiſit* y. XVI°. *Diurnitas temporis, etiam* extraordinaria, *quo peccatum durauit* z. XVII°. *Circumſtantia vehementiſſimi propoſiti non peccandi* v v. XVIII°. *Circumſtantia* in peccante ex conſuetudine A A.

A. Com. ſenſus tam Philoſoph. quàm Theolog. *B*. Ex ijs ſunt Lugo. Arriaga diſp. 1. de anima ſect. 7. aliíq; complures. *C*. Videatur Lugo diſp. 16. ſect. 3. n. 123. *D*. D. Thom. in 4. diſt. 16. quæſtiunc. 3. a. 2. Vaſq. Reginal. Valent. Leſſ. ac Lugo diſp. 16. ſect. 3. aliíque multi quos congerit Diana To. 1. Tr. 7 reſol. 8. *E*. Sanch. lib. 7. de Matr. diſp. 27. n. 31. Lugo diſp. 16. ſect. 4. n. 149. cum alijs, quos refert, & ſequitur Dian. To. 1. Tr. de circumſt. aggrauantibus. & To. 2. Tr. 4. *F*. Sanch. lib. 7. de Matrim. diſp. 27. n. 27. & lib. 5. in Decal. cap. 6. n. 14. & cõmunior veriórq; ſentẽtia, vt teſtatur Ouied. Tr. 6. c. 5. p. 3. §. 10. n. 69. contra Sotum in 4. diſt. 18. q. 2. a. 4. & Coninck diſp. 20. de Sacr. dub. 13. n. 131. alióſque plures. *G*. Filliuc. Tr. 30. cap. 5. Ouiedus Tr. 6. c. 5. p. 3. n. 11. Lugo diſp. 16. ſect. 6. §. 1. *H*. Tãb. lib. 2. c. 7. §. 7. n. 49. *I*. Vaſq.

q. 91. a. 1. dub. 4. n. 7. Lugo diſp. 16. ſect. 3. n. 142 *K* Theologi paſſim. *L.* Comm. Doct. quos refert Sanch. lib. 9. de Matr. diſp. 15. n. 6 *M.* Lugo diſp. 16. ſect. 3. n. 121. & Tamb. lib. 2. cap. 8 §. 1. *N.* Lugo diſp. cit. ſect. 12. n. 503. ac Tamb. lib. 2. cap. 1. §. 15. *O.* Iidem *P.* Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 17. n. 23. Suar. de Pœnit. diſp. 22. ſect. 4. n. 14. Vaſq. 1. 2. diſp. 11. qui tamen id limitat in infidelitate *Q.* Iidē, & alij cōmuniter *R.* Lug. diſp. 16. ſect. 5. n. 265. Dicaſt. diſp. 9. n. 502. *S.* Pal. To. 1. Tr. 2. diſp. 2. p. 11. n. 6. Tāb. lib. 2. c. 7. §. 8. n. 11. *T.* Filliuc. Tr. 30. c. 8. q. 7. *V.* Doctores paſſim. *Y.* Lugo, diſp. 16. ſect. 12. n. 511. *X.* Doctrina communis *Z* Videatur Lugo diſp. 16. ſect. 14. à n. 589. *AA.* Tāb. lib. 2. c. 2. n. 11. *BB.* Suarez, Vaſq. Reginald. Bonac. apud Dian. To. 1. Tr. 7. reſol. 15. contra Henriq. Fagund. aliósque ab eodem relatos.

923.

Vti Circumſtantiæ intra eandem ſpeciem aggrauantes, *ita neque Circumſtantiæ intra eandem ſpeciem* minuentes *malitiam mortalem neceſſariò explicandæ ſunt in Confeſſione* A. *Huiuſmodi circumſtantiæ ſunt.* I°. *Circumſtantia metûs, ex quo puella conſentit in deflorationem* B. II°. *Circumſtantia voti ſimplicis in peccato Luxuriæ* C. III°. *Cir-*

Confeſſio Circumſtātiarum intra eādē ſpeciē minuentiū malitiæ.

Circumſtantia conſcientiæ erroneæ D. *hinc* regulariter *non obligaris dicere vtrùm omiſeris ſacrum die, quem per errorem putabas eſſe feſtum, dummodo exponas peccatū, ratione §. præcedente litt.* N. *indicata* E. IV°. *Circumſtantia ignorantiæ quare non teneberis explicare, num peccatū commiſſum ſit cum ignorantia culpabili* F.

A. Doctrina receptiſſima. *B.* Lugo diſp. 16. ſect. 4. §. 7. n. 235. *C.* Sanchez. & Ouied. §. præcedente litt. F. cit. *D.* Lugo diſp. 16. ſect. 12. n. 503. atque Tamb. lib. 2. cap. 1. § 15. *E.* Authores ibidem relati. *F.* Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 17. n. 23. Suar. diſp. 22. ſ. 4. n. 14. & alij paſſim.

Confeſſio Finis à peccāte intēti

93.

Finis *in peccato mortali intentus quadruplicis generis eſſe poteſt* I°. de ſe indifferēs, *vt ſtudere, ludere.* II°. de ſe *venialiter duntaxat malus, vt vana gloria.* III°. *lethaliter malus non tamen diſtinctus ab ipſo peccato cōmiſſo.* IV°. *mortaliter malus ſed diuerſæ ſpeciei à peccato lethali perpetrato.* Primus A, *&* ſecundus B finis *non ſunt neceſſariò*

Digitized by Google

riò in confeſſione explicandi; tertius finis *ſufficienter exponitur expoſito ipſo peccato* C; quartus *verò* finis, *ſemper diſtinctè eſt Confeſſario manifeſtandus* D.

A Suarez diſp 22. ſect. 4. Vaſq 1. 2. diſp 93. c 3. Henriq. lib. 2. cap. 5. n. 7. & in gloſſa litt. c. Coninck diſp. 7 de Sacram. dub. 4, n. 24. aliiq; paſſim cõtra Zumel p. 2. q. 71. a 5. diſp. 4 *B*. Pitigian⁹ in 4. ſent. To. 2. diſt. 17. q. un a. 5. Coninck diſp. 7. dub. 4. n. 14. Diã. To. 1. Tr. 7. reſol. 23. & alibi. Lugo diſp. 16. ſect. 11. n. 481. aliiq; compluꝛes, quos citat, ſequitúrq; P. Dicaſtillo diſp. 9. dub. 8, n. 693. *C*. Nauar. c. 6. n. 16. & ſeq. Suar. diſp. 22. ſect. 4. Coninck d. 7. dub. 7. n. 58. Lug. diſp. 16. ſect. 16. n. 555 atq; Tamb. lib. 2. c. 1. §. 10. n. 72 *D*. Certa Theolog. ſententia, vt videre eſt apud Coninck cit. n. 55.

94.

Vt finis, *ita & media* ad peccatũ lethale adhibita *ſunt quadruplicis generis nẽpe* I°. de ſe indifferẽtia, *vt ambulare, conſcendere equum ad homicidium perpetrandum &c* II°. de ſe venialiter duntaxat mala, *vt mendaciũ iocoſum ad fornicandum*. III°. mortaliter mala, ſed eiuſdem ordinis cum fine intento, *vt colloquia turpia, oſcu-* Confeſſio Mediorũ ad peccatũ adhibitorum.

Digitized by Google

la, & tactus ad fornicandum. IV°. *De-niquelethaliter* mala, at diuerſi generis, ſeu natutæ, *vt occidere ad finem furandi, Magos conſulere ad mœchandum &c. Quò ad media* primi A, atq; etiam ſecundi B generis *non eſt neceſſarium exponere, quænam media fuerint adhibita ad peccandum. vnde in ſuprà poſitis exemplis ſi principalis actus non ſit ſubſecutus, ſatis erit dicere (conatus ſum inimicum interficere* C. *&c). Quò ad media* tertij generis, *ſi ad principalem actum ſit peruentum, communiter ſufficit hunc explicare, nec media primi, ſecundi, ac tertij generis neceſſariò exponenda ſunt* D: *ſi verò finis principalis obtentus nō ſit, neceſſariò explicanda ſunt media tertij generis, & quidem ſigillatim* E. *Quantum autem ad media* quarti generis *nullum poteſt eſſe dubium, quin ſint particulatim manifeſtanda* F.

A, Coninck diſput. 7. dub. 7. num. 57. Tamb. lib. 2. cap. 1 § 10. n. 67. *B*. Theol. commu. *C*. Iidem. *D*. Præcitati. *E*. Doctores paſſim *F*. Indubitata apud Theol. Doctrina.

Quan-

Digitized by Google

95.

Quando & medium, & finis in cõfeſſione explicanda ſunt, in prima confeſſione non poſſunt ſeparatim *explicari dicendo e.c. (neglexi die feſto ſacrum, & inſuper habui intentionem fornicandi;) ſed* coniunctim *manifeſtanda ſunt* A. II. *Si tamen in prima exhomologeſi oblitus fuiſſes alterum ex his confiteri, ſatisfacies in ſecunda confeſſione accuſando te de eo ſolùm, cuius fueras in prima oblitus* B.

A. Lugo diſp.16.n.652.ac Tamb.lib. 2.c.1.§.10.n.76.& ſeqq. contra Soar. diſp. 22.ſect.2.n.9.&nonnullos alios, quos citat, ſequitúrq; Diana P.1.Tr.7.reſol.23. *B.* Sanch.lib.4.in Decal.c.11.n.24.aliiq; plures apud Bonac diſp.5. de Sacr q. 5. ſect. 2. p.2.§.3.diff.1.n.9.

96.

Confeſſio de perſonis à delinquente inductis ad cooperandũ peccato.

Si quis tanquam medio *vtatur aliquo alio homine inducendo illum, vt ab eo adiuuetur ad delictum aliquod perpetrandum, e.c. homicidium, aut adulterium, diſtinctè aperiendum id eſt, vtpote directa proximi ad noxam lethalẽ*

induĉtio A. II. *Si in peccando multorum operâ vſus ſis, ſatis eſt, ſi eorum tacito, in confuſo dicas, plurium operâ te vſum ad tale peccatum* B; *dummodo induĉtio illa fuerit* vna moraliter reſpectu omnium perſonarum inductarum, *& modò præterea ratione alicuius perſonæ inductæ non dicat* ſpecialē aliam malitiam, *vt ſi vnâ cū alijs vxorem etiam v.g. induxiſſes ad ſuummet maritū occidendū; tunc enim vtiq; inductio vxoris diſtinctè à pœnitente in Confeſſione exponenda eſſet* C.

A. Coninck diſp. 7. dub. 7. ac Tamb. lib. 2. c. 1. §. 10. n. 69. *B.* Lugo diſp. 16. ſect. 11. n. 476. Tamb. lib. 2. cap. 1. §. 10. n. 70. *C.* Doctrina indubitata.

97.

Confeſſio peccatorum externorum.

Certum eſt in Confeſſione non ſolùm explicari oportere peccata mortalia interna, *verùm etiam* externa, *quæcūque, & qualiacunque ea ſint* A. *vnde, qui alium ex odio contumelijs, verberibúsq; affecit, nequaquam ſatisfacit dicendo (ſemel proximum graui odio affeci;) ſed inſuper explicare debet tum*

con-

contumeliarum, tum verberũ iniurias, & quidem diſtinctè, vtpote ſpecie morali *diſtinctas* B. II. *Nomine* peccatorum externorũ *in exhomologeſi manifeſtandorum nequaquam veniunt quæcunque actiones, & omiſſiones externæ, quæ per ſe conſequuntur ad* peccatum internum, *aſt ſolæ illæ, quæ* verè *&* propriè *ſunt* obiectum peccati interni C. III. *Quando peccatum* internũ *fertur in plures actiones, aut omiſſiones externas* tanquam in ſuum obiectum, *ſi eæ ſint* eiuſdem ordinis *cum delicto principaliter intento, ſatisfacies exponẽdo in ſacro tribunali hoc duntaxat delictum* D: *ſi verò aliquæ ex illis eſſent* diuerſi ordinis (*vt ſi quis fornicationis causâ furtum, homicidiumq; commiſiſſet*) *eæ vnà cum* peccato interno *Confeſſario manifeſtandæ erunt* E.

A. Certa aſſertio, vt videre eſt apud Arriag. 1. 2. To. 1. diſput. 16. ſect. 4 n. 38. *B.* Comm. Theolog. ſenſus. *C.* Ita omnes, qui negant cõfiteri oportere effectus ad peccatũ ſubſequẽtes, qui infra referentur. *D.* Authores litt. præcedente memorati. *E.* Indubitata apud Theol. Doctrina.

Digitized by Google

98.

Confeſſio Effectuum indirectè volūtariorum.

Quamuis præter actiones directè *per peccatum intentas, conſultum quoq; ſit, explicare in Confeſſione effectus* indirectè *voluntarios ad illud ſubſequentes, id tamen,* per ſe loquendo, *haud neceſſariū videtur,* etſi ij grauē in ſe malitiam obiectiuam habeant A. *vnde ſi quis per tactum impudicum, aut delectationem veneream nō intendit pollutionem, licet ea per ſe ex illis ſequatur, ſatisfaciet dicendo (ſe per tactum impudicum, aut delectationem veneream poſuiſſe cauſam proximā pollutionis* B.) *idémque eſto iudicium de alijs.* II. Per accidens *tamen quandoq; tenetur quis explicare effectum huiuſmodi, ratione ſcilicet cenſuræ, reſeruationis, atq; irregularitatis tollendæ* C.

A. Vaſq. Granadus, aliiq; quos cit. & ſequūtur Bonac de peccatis diſp. 2. q. 4. p. 4. n. 8. Ioā. ſanchez d. 20. n. 5. & Tāb. lib. 2. c. 6. §. 2. n. 6. *B.* Colligitur manifeſtè ex modò poſita doctrina *C.* Vaſq. 1. 2. diſp. 94. c. 3. atq; Tamb. ibid. n. 8.

LI-

99.

Confeſſio Actuum noxam præcedentiũ concomitantiũ ſubſequentium.

Locutio venerea, tactus &c. immediatè copulã præcedentes, *quando nõ ſiunt* ex illius intentione, *malitiam diſtinctam à peccato copulæ continent; adeóq; à pœnitente diſtinctè explicandi ſunt* A. *Idem aſſerendũ de actu, quo quis alterũ percuteret nõ intẽdendo vulnus lethale, & poſtea per alium voluntatis actum eum lethali plagâ feriret* B. I I. *Tactus verò, oſcula &c. copulam* concomitantia *non ſunt de neceſſitate in ſacro tribunali exponenda* C. I I I. *Quantùm autem ad tactus, & oſcula* immediatè copulam ſubſequentia (*dummodo hæc ab agente ad aliam copulam non ordinentur, neque ea proximum periculum pollutionis afferant, ſed fiant ſolùm* in complementum copulæ præcedentis) *probabiliter idem de illis aſſerendum videtur, quod de tactibus, & oſculis cõcomitantibus* D. *An autem idem quoque ſentiendum ſit de delectatione copulæ habitæ, immediatè ipſam copulam* ſubſequente, *non*

parùm controuerſum. nobis idem, quod paulò antè de oſculis & tactibus, de illa quoque cum proportione dicendum videtur E.

A Ouied. Tr-6.c.5.p.3.§.8.partim n.58.partim 62 *B*. Doctrina certa, & indubitata. *C*. Nauar. apud Soar. diſp.22.ſect,5. Azor. To.1.lib.4.c.4.in fine Granad. 1.2. Contr 6.Tr.2.diſp.5.n. 11.Salas 1.2. To.2. Tr.13 diſp.5.ſect.8.n.91.Fagund.in 2.Præcepto Eccleſ. lib.3.c.4 n.14.ac Ouied. 1.2. Tr.6.cap.5.p.3.§.8. n. 60 *D*. Nauar.apud Soar. cit. *E*. Nauar. cui ſubſcribit Lugo diſp.16.ſect 14.

Explicatio Cõplicis ad Confeſſionem neceſſaria.

100.

Non poteſt à pœnitente omitti circumſtantia Cõplicis, *cuius explicatio ad integritatẽ Confeſſionis neceſſaria ſit* A. *Si tamen absq; incõmodo vel adiri, vel exſpectari queat Sacerdos, cui complex nõ ſit notus, ad id tenebitur pœnitens* B; *ſecùs faciens peccabit cum onere reſtitutionis famæ apud Confeſſarium* C: *at ſi neutrum commodè fieri poſſit, confiteri licebit noſcenti Complicem, licet futurum ſit, vt huius exiſtimatio apud Confeſſarium valde denigretur, magnámq;*

námque infamiam ſubeat D. *Non diutius autem communiter, quàm vnum, alterúmue diem tenetur quis exſpectare Confeſſarium, cui Complex ſit ignotus* E. II. *Quando quis ob ſolam conſolationem, quam accipit ab amico, doctóque Confeſſario, non libenter alteri confiteretur, improbabile non eſt, poſſe ipſum* regulariter, *absq; alia cauſa Complicem illi manifeſtare* F. III. *Similiter probabile eſt ad manifeſtanda integrè venialia licere in confeſſione complicē reuelare, niſi prudentum iudicio infamatio Complicis omnibus penſatis præponderet* G *Idémq; multò magìs dicendū de mortali priùs legitimè expiato* H. IV. *Si ex alicuius circumſtantiæ explicatione timeatur grauis apud Sacerdotē cuiuscunq alterius non Complicis infamia, gerere ſe debet pœnitēs iuxta doctrinā de Complice* I *paulò antè datam.*

A. Angelicus Doct. D Bonau. S. Antonin. Alenſis, Suarez. Vaſq. Coninck, Henriquez, Sa, Tolet. Rebellus, Bonac. Laym. Malder. Leſſ. Ioā. Sanctius, & alij, quos citat, & ſequitur Lugo diſp. 16. ſect. 7. *B.* Sua-

rez diſput.34.ſect.2. Vaſq. q.91.a.2.dub.3. Coninck diſp.7.dub.9.& Lugo diſp. 16. ſect.7.vbi.quoq; dicit, conuenire omnes in hoc, quòd pœnitens abſque nnceſſitate, vel cauſa non poſſit, Complicem manifeſtare cum infamia graui. Eodémque modo loquuntur Vaſq. & Coninck. Quare audiendus non eſt Fagun.lib.5.de 2.præc. Eccleſ.c.1.n.3.docens non eſſe præcepti, ſed conſilij, vt pœnitens tunc alium Confeſſarium quærat. *C.* Tamb. lib.2.c.9.§.2. aliíq; communiter. Vtrùm autem peccet venialiter, vel mortaliter, videatur Dicaſt. diſp.9.dub.12. à. n. 959. *D.* Authores ſuprà citati. *E.* Lugo diſp.16.ſect.7.n.416.atq; Tãb.lib.2.c.9.§.2.n.11. *F.* Tamb. ibid.n.13. *G.* Dicaſt.diſp.9 dub.12. n. 926. *H.* Idem ibid.n.927. *I.* Lugo diſput.16.n.420. Tamb.n.14.& 15.atq; Dicaſt.diſp.9.n.939.contra Suarez diſp. 34. ſect. 2.n.14. Fagund.lib.5.cit.c.2.n.12.

Confeſſio de peccatis, quæ probabile eſt, vel non fuiſſe cõmiſſa, vel non eſſe mortalia, vel iã fuiſſe clauibus ſubiecta.

101.

Quando probabile eſt *actionem aliquam vel non fuiſſe commiſſam, vel nõ fuiſſe lethaliter peccaminoſam, vel ſemel ſacris clauibus ſubiectam, ſimúlq; ex eius* non-cofeſſione *ſequitur periculum damnationis æternæ (eo quòd forte peccatum fuerit commiſſum, & per Sa-*

cra-

cramenta, aut Contritionem &c. delectum non fuerit,) certum eſt tunc dari obligationem illud confitendi A: *ſi tamē per confeſſionem alterius peccati certi pœnitens vel iam ſit conſecutus, vel conſequi poſſit gratiam, quæ indirectè deleat etiam prædictam noxam (caſu quo forſitan ea commiſſa fuerit,) tunc nulla exiſtit obligatio peccatum illud confitēdi; & quidem tametſi in contrariū ſtarent rationes longè probabiliores* B; *imò licet etiam certò conſtaret de peccato patrato, eiúsq; lethali malitiâ* E. II. *Eidem intellectui reſpectu ſui, ſeu ſine reſpectu ad diuerſos intellectus conſideratis omnibus non poteſt* in eodem inſtāti *ſimul probabile eſſe dari obligationē ſubijciendi aliqua peccata clauibus, ſimúlque etiam probabile videri non dari talem obligationem* D. *In ordine tamen ad diuerſos intellectus id haud repugnat* E; *imò talis probabilitas ſufficit quoque ad honeſtè operandum* F.

A. Theologi paſſim in Tr. de Caritate *B.* Suar. diſp. 22. ſect. 9. n. Tamb. lib. 2.

Digitized by Google

c.1.§ 3. quos affert ſequitúrq; Dicaſt. diſp. 9. dub. 7. n. 277. *C*. Sanch. lib. 1. Summ. cap. 10. Lugo diſp. 16. n. 59. & Dicaſt. n. 292. repugnantibus tamen Coninck diſp. 7. dub. 8. n. 68 & nonnullis alijs. *D*. Pallau. lib. 3. Aſſert Theol cap. 4. n. 114. *E*. Ibidem n. 115. conſtátq; ex cōmuni DDrū. ſenſu. *F*. Idem n. 116. & ratio eſt, inquit, quia in huiuſmodi caſibus congruum rationi eſt, vt ſi ego videam plures ſapientes poſſe licitè facere aliquam actionem, ego ex mea peculiari opinione non ſim deterioris conditionis, ſed fruar libertate ceterorū: leges enim debent obligare æquè omnes præterquam in caſu manifeſti erroris.

Confeſſio Peccatorum dubiorum.

102.

Duobus modis poteſt aliquod peccatū ſtrictè dici dubium, primò *ita vt habeas rationem probabilem dubitandi, inſufficientem tamen ad aſſenſum, vel diſſenſum.* Secundò *ita vt nullam habeas rationem probabiliter ambigendi; vel certè non niſi leuem, & inſufficientē ad probabilem dubitationem* A. II. *Peccatum mortale dubium* priore modo *ex communiſſima verioréque ſententia explicandum eſt in Confeſſione; & quidem ſiue ſit* dubium facti (*hoc eſt, an*

ha-

Planè commiſſum ſit id, quod conſtat eſſe mortale;) ſiue ſit dubium de grauitate peccati (*nimirum, num quod certò commiſſum eſſe conſtat, ſit necne peccatum lethale;) ſiue deniq; ſit* dubium de ipſa confeſſione iam peracta (*nẽpe vtrùm illud in alia exhomologeſi iam ritè explicatum ſit, an non*) B. Poſteriore verò modo *dubium non eſt, neceſſariò ſacris clauibus ſubijciendum eſſe* C. III. *Vtut peccatum aliquod ſit* dubium, *conſultißimum eſt conuertere dubium in* probabilitatem D; *neq; id difficile, ſed facillimum; quia cùm dubiũ tunc aliquid ſit, quando ita repræſentatur intellectui, vt ſecundum circumſtantias, in quibus obijcitur, nequeat affirmari, quòd plerumq; contingat, vel quòd plerumq; non contingat: è contrario verò illud ſit probabile ſecumdum Philoſophum, communémque hominum ſenſum, quod plerunq; contingit, facillimè vnicuiq; occurret aliqua ratio, propter quam iudicare poßit ſe non peccaſ-*

ſe, nõ peccaſſe v.g. (quia plerumq; nõ peccat lethaliter circa talẽ materiam; vel quia ſolet recordari huiuſmodi actionũ, quando illas verè commiſit, vel propter aliquid ſimile. imò niſi ſit aliqua ratio poſitiua in contrarium ſemper poſſumus credere nos non feciſſe tale peccatum; alioquin omnia peccata mortalia excogitabilia, de quorum negatione poſitiuè non recordamur, forent nobis dubia, & iuxta communiorem ſententiã neceſſariò confitenda. IV. Verè, ſtrictéq; dubitans ſit nec, ne aliquid confitendũ, non depoſito dubio ſpeculatiuo poteſt tutâ conſcientiâ ſequi probabilem aliorum opinionem aſſerentium tale peccatum non eſſe neceſſariò ſubijciendum clauibus E. V. Quomodocunq; peccatum aliquod dubium ſit, quando ex eius non-confeſſione incurritur periculũ æternæ damnationis ex vera Theologia neceſſariò per exhomologeſim expiandum eſt F; adeóq; ſententiæ negantes dari obligationẽ confitendi peccata dubia intelligendæ ſunt de obliga-

tio-

tione extra huiusmodi periculum. VI. *Quando quis confitetur aliquam noxã certam, de qua dubitat, num eam aliàs in ſacro tribunali expiârit, non tenetur dicere ſe dubitare, num illam antea clauibus ſubiecerit, ſed abſolutè poteſt eam confiteri* G.

A. Doctrina receptiſſima. *B.* D. Thom. in 4. diſt. 21. q. 2. a. 3. ad 3. Suar. diſ. 22. ſect. 9. Henriq. lib. 2. 9. de Pœnit. c. 4. §. 5. Valentia diſp. 7. q. 9. p. 3. Reginal. lib. 2. n. 9. Lugo diſp. 16. ſect. 2. n. 67. P. Breſſerus lib. 4. de Conſcientia cap. 18. n. 191. Dicaſt. diſp. 9. dub. 7. & Sanch. lib. 1. ſumm. cap. 10. n. 66. vbi plurimos alios citat, eámque reputat omnino certam. *C.* P. Breſſer. ibid. n. 187. Suar. diſp. 22. ſect. 9. n. 7. ſupponens opinionem aſſerentem peccata dubia confitenda procedere, quando homo habet probabiles rationes dubitandi, & nequit determinari ad ferendum iudicium probabile. Conſentitq; Sanch. n. 86. explicans eandem ſententiam de dubio non quouis, ſed rationi conſono. *D.* Doctrina cõmuniſſima. *E.* Pallauic. lib. 3. Aſſert. Theol. c. 6. n. 116. Henriq. lib. 2. de Penit. cap. 4. in fine. Sanc. n. 77. Breſſer. n. 201. aliíq; communiter in Tract. de Caritate. *G.* Suar. diſp. 22. ſect. 9. Sanch. lib. 1. ſumm. c. 10. n. 71. & Dicaſtil. diſp. 9. dub. 7. n. 194.

Con-

103.

Confeſſus bona fide peccatum aliquod mortale tanquam certum, *dubitans poſtea, num illud patrârit, non tenetur id rurſum* vt dubium *confiteri* A. II. *Similiter confeſſus te v.g peieraſſe ſexcies, ſuborto poſtea dubio de numero periuriorũ, ſi hoc ſit de numero maiore, tollẽdũ illud iuxta Doctrinã ſuprà traditã* de peccato probabili, & peccato dubio: *ſi verò id ſit de numero minore, quãtùm ad hoc nõ teneris Confeßionẽ iterare* B. III. *Si bona fide confeſſus ſis peccatũ* vt dubium, *poſtea autem comperias id eſſe* certum; *probabile eſt, te non obligari ad hoc iterum* tanquam certum *ſubijciendum clauibus* E. IV. *Quando pœnitens confitetur peccatum, quod tã ipſe, quàm Confeſſarius, aut alteruter dubitat, ſitne lethale, an veniale, ſi poſt Abſolutionem comperiatur certò, illud lethalem continere malitiam, haud opus eſt aliâ Confeßione* D; *dummodo integrè in prima exhomologeſi fuerit explicatum* E. V. *Idem dicendũ cùm quis*

ſen-

Digitized by Google

conſitetur peccatũ reſeruatũ, ſiue iure, *ſiue* de facto *dubiũ*: *obtentâ enim abſolutione, etiam à nõ habente poteſtatẽ ad reſeruata, vbi cõſtiterit de veritate, nequaquã neceſſaria erit alia Confeſſio* F.

VI. *Si quis bona fide aperuit Cõfeſſario ſe peccâſſe decies plus minùs, ſed deinde cõperit ſe certò decies vel duodecies, aut nouies deliquiſſe, non obligatur hunc certum numerum ſubijcere rurſus Abſolutioni* G: *ſecùs dicendum, ſi magnus eſſet exceſſus; tunc etenim teneretur illum confiteri.* H.

A. Certa Sententia teſte Lug. diſp. 16. ſect. 2. §. 4. n. 77. quam etiam expreſsè tradunt Tamb. lib. 2. cap. 1. § 4. n. 19. & Dicaſt. diſp. 9. dub. 7. n. 187. *B*. Doctrina itidem certa, vt videre eſt apud Tamb. ſuprà cit. *C*. Tambur. lib. 2. cap. 1. §. 4. num. 24. eámque teſte Lug. diſput. 16. ſect. 2. §. 4. ſecuti ſunt aliqui docti Recentiores, quibus non obſcurè & ipſe fauet. *D*. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 10. n. 69. Corduba in Sũm. q. 9. Tãb. lib. 2. c. 1. §. 4. n. 26. *E*. Aliàs iuxta cõmuniſſimã ſententiam clauibus ſubiciendũ erit, quod in præcedente exhomologeſi omiſſum fuit. *F*. Sa. *verb. caſus reſeruãti*. n. 5. Hurt. diſp. 11. diff. 6. Portella in

du-

dubijs regul, *verb. caſus reſeruati n.* 7. et Tāb. lib. 2. c. 1. §. 4. n. 28. *G.* Suār. diſp. 22. ſect. 5. n. 38. Vaſq. q 91. a. 1. dub. 6. Coninck. diſp. 7. dub 7. n. 62. Sa *verbo confeſſio n.* 37. Tāb. lib. 2. cap. 1. §. 4. n. 22. contrà Lug. diſp. 16. ſect. 1. § 4. & Dicaſt. diſp, 9 dub. 2. n. 141. in contrariam ſententiam propendentes. *H*, Communis ſententia apud Tamb. lib. 2. c. 1. §. 4. contra Viualdum apud Dian. p. 3. Tr. 4. reſol. 94.

Confeſſio numeri peccatorum

104.

Præter malitias ſpecie morali *diuerſus* (*quidquid olim nonnulli dixerint* A,) *dogma Fidei eſt* B, *in Confeſſione explicari quoq; debere* numerum moralem peccatorū lethalium. *Vnde à nonnullis meritiſſimò reprehenditur aliquorū pœnitentium conſuetudo, qui de noxarum mortalium numero nihil prorſus ſolliciti ſint.* II. *Ita autem in ſacra exhomologeſi exponendus eſt* numerus moralis *culparum lethalium, vt ſi quis velit illarum* numerum phyſicum, *quò ad fieri poteſt, confiteri, nequaquam prohibeatur, imò longè id conſultiſſimum ſit, non modò quia etiam earundem multiplicatio* phyſica *diſplicet Deo, & per eā creſcit*

ſcit quoq; reatus culpæ, ac pœnæ C; *verùm etiam quia ſæpe nobis minùs aduertentibus contingit, vt abſq; formali primæ voluntatis reuocatione, vel ipſo temporis decurſu, vel rerum permutatione deueniamus ad talẽ animi diſpoſitionem, vt nunc non commoueremur ad deſiderium aliquod, aut odium, ſicut priùs, ſi nunc idem obiectũ proponeretur, vel in memoriã rediret, quod ſufficit* ad multiplicãda peccata, *ſi iterũ detur cõſẽſ9.*

A Angel. Sylueſt. & quidam alij apud Suar. diſp. 22. ſect. 5. n. 1. B Ex Trid. ſeſs. 14. c. 5. & can. 7. Later. II. c. 21. atq; Flor. in Decr. Eugenij. C. Vt rectè inter alios obſeruat Arriag. 1. 2. diſp 43. n. 27. atq; Dicaſt. diſput. 9. dub. 2. §1. n. 62. & 63. & Em. Lugo diſp. 16. ſect. 14. n. 563.

105.

Licet difficillimũ ſit (vt patet ex ſententiarum apud Recentiores A *diuerſitate) aßignare* regulã generalem *diſcernendi* vnitatem, *ac* multitudinem moralem *peccatorum, nequaquam tamen negandũ, eam dari, duriùe poſſe* B. *Ex ijs autem, quæ circumferuntur, non pla-*

placet I° *illa*, *quæ docet prædictam* vnitatẽ *deſumi à voluntate præteritâ per contrarium actũ non interruptâ*, *adeóq;* habitualiter *perſeuerante*: pluralitatem *autẽ è coutrario prouenire* à formali, *vel* virtuali *præteritæ voluntatis* retractione c. *Nec placent* II°, *qui aiunt peccata multiplicari* per quamcunq; interruptionẽ, *ſiue ea per ſomnum*, *ſiue per diſtractionem*, *ſiue per quamcunq; aliã cauſam fiat* D. *Nec* III°. *ſatisfaciunt*, *qui aſſerunt*: *eiuſmodi peccata non multiplicari numero*, *quando interrumpuntur per* breuiſſimum dũtaxat tempus E. *Nec IV°. probantur*, *qui docent in ordine ad Confeſſionẽ non cenſeri nouum peccatum*, *quando* interruptio fuit indeliberata, & pręterea per breue tempus; *secùs verò ſi ſit* deliberata, *vel* indeliberata ad longum tempus, *v.g. per vnius horæ ſpatium* F. *Nec* V° *probandi ſunt Scholaſtici illi*, *qui cenſent abſolutè multiplicari huiuſmodi peccata* per quamcunq; interruptionẽ, etiam breuiſſimam G. *Nec*

VI°.

VI°. *exhauriunt difficultatem, qui pro regula* vnitatis, & pluralitatis *eiuſcemodi actuum ſtatuendum putant* prudentum judicium H. *Nec deniq; VII° placent, qui exiſtimant tunc plures actiones facere vnum numero peccatum, quando ea proueniunt* ab vnica voluntate interna, *plura autem ab eis conſtitui peccata, quando ea proueniunt* à diuerſa numero voluntate I. *Sed generatim loquendo dicendum (huiuſmodi actiones, etiam per longius tempus iteratas, ac multiplicatas in ordine ad exhomologeſim facere vnum numero peccatum, quando illa* aliquo inter ſe morali nexu, ac dependentiâ coñectuntur; *plura verò è contra conſtituere, quando* nullo inter ſe huiusmodi nexu copulantur K. *Tunc autem aliquo nexu morali copulantur, quando vel permanet* aliquis effectus *à primo peccato procedens; vel aliquod aliud peccatum ab illo excitatur, in quo* virtualiter *perſeueret primum peccatum; quo vtroque deficiente, huiusmodi peccata* ne-

Digitized by Google

nequeunt in vnam moraliter noxam *coaleſcere, adeóq; tali modo conſtituent* plura moraliter peccata.

A. Lug. diſp. 16. ſect. 14. Arriag. l. 2. To. 1. diſp. 43. ſect. ſet. 6. Ouied. 1. 2. Tr. 6. c. 5. p. 5. & Dicaſt. cit. *B*. Eſt contra P. Dicaſt. n. 71. exiſtimantem nullã huiusmodi regulam aſſignari poſſe. *C*. Vaſq. q 91. a. 1. dub. 5. Arriag. 1. 2. To. 1. diſp. 44. ſect. 6. Ouied. ſuprà & alij, quos affert Diana To. 3. Tr. 4. reſol. 95. Cõtraria tamẽ opinio à P. Dicaſt. n. 60. tribuitur Cano, Caiet. Lud. Lopez, Ioan. De la Cruz, Petro Fay, Nau. Rodriq. Pitig. Homobono, Salæ, Coninck. Henriquio, & Soario. *D*. Aſſertio, longè communiſſima, cui repugnant nonnulli ab Ouiedo, aliíſq; relati. *E*. Eſt itidem communis, vt videre eſt apud citatos contra Granadum Contr. 6. de peccatis Tr. 2. diſp. 5. n. 4. Henriq. lib. 2. de Pœnit. c. 5. §. 2. Fagund. præc. 2. lib. 8. c. 5. n. 21. & Rebell. 1. p. lib. 2. q. 17. ſect. 2. n. 9. *F*. Lugo §. 2. & Ouied. ibid. *G*. Receptiſſima, vt liquet ex ſuprà memoratis ſententijs. *H*. Nam licet *vulgus* vti poſſit hac regulâ, *Theologus* tamen *Scholaſticus*, quàm maximè cenſetur (ille prudens, à cuius iudicio id exquiritur, & qui huius ſui effati rationem reddere debeat.) *I*. Dicaſt. n, 96. *K*. Regula longè expeditiſſima, fundatáq; in prin-

ci-

cipijs ferè ab omnibus præcedentium opinionum Auth. admiſſis.

106.

Loquendo in vniuerſum de peccatis, ex regula paulò antè data, *inferuntur duæ aliæ regulæ vtiliſſimæ.* Iª. *eſt* (*quotieſcunq; actus peccati* per aliquem actũ contrarium *interrumpitur*, *contrarióq; hoc actu* moraliter aliquo modo perſeuerante *idem peccatum iterũ repetitur*, *tũc multiplicatur numero peccatum, etiamſi minima interruptio intercesserit*; *proindéq; ſi fuerit lethale, illius iteratio neceſſariò in confeſſione explicanda erit* A. IIª. (per ſe loquendo); *nec breue, nec longum temporis interuallum quidpiam facit ad vnitatem, pluralitatémq;* noxarum continuatarum; *ſed ad eas dignoſcendas attendendum ad* dependentiam, ac nexum moralévnius actûs ab alio, horúmq; negationem B.

A. Doctrina vt à nobis proponitur apud Theolog, atque Philoſop. Morales omnino indubitata, cõtra quam necquicquam faciunt argumenta â Lugone alla-

ta

ta diſp. 16. ſect. 14. n. 551. *B.* Ita non pauci ex ſuprà citatis Authoribus.

107.

Speciatim verò differendo de peccatis externis, *ex eâdem regula quāplurima vtiliſſima corollaria pro praxi deduci poſſunt* A, *vt* I° *quando quis ex vnico blaſphemiæ motu iterū, iterúmq; eandē blaſphemiam iterat, licet cum aliqua phyſica interruptione id fiat*, vnicam moraliter blaſpemiam *committi* B, *eúmq; ſatisfacturum in Confeſſione dicendo à ſe ſemel Deum blaſphematum fuiſſe.* II°. *omnes tactus venereos tā antecedētes, ac concomitantes, quàm ſubſequentes copulam conſtituere vnū peccatū cum illa, ſi omnes, vt fieri ſolet, vel implicitè, vel explicitè fuerint* aliquomodo voliti, *vel tāquā præparationes, vel tanquā approbationes, & cōplemēta eiusdem copulæ* C. III°. *Qui ex vnico aliquo iracundiæ furore alium pluries percutit, vel vulnerat, vnam moraliter noxam comittere* D, *ac proinde ſatis fore, ſi ſe accuſet, quòd ſemel Laicum (vel cle-*

Digitized by Google

Clericum) grauiter percuſſerit, aut vulnerauerit. IV°. *Qui ex vnico animi impetu eâdem ſuper re eodem ſpecie iuramento aſſertorio ſæpius, ſæpiúsq; peierat, in ſacro Pœnitētiæ tribunali facturum ſatis, ſe de vno periurio accuſando* E. V°. *Qui ex vnico maledicendi æſtu alias, aliáſq; de aliquo detractiones congerit, tametſi eas ſubinde alijs verbis interrumpat vnum detractationis crimen admiſſurum* F, *quod ritè confitebitur dicendo de quodam ſe ſemel grauiter detraxiſſe.* VI°. *Qui ex vnico iræ impetu varias in proximum iacit eiuſdem ſpeciei contumelias, etſi verba alia interſerat ad conuitia non facientia, ſemel duntaxat proximum contumelijs inſecutus fuiſſe dicetur* G. VII°. *Qui pluribus ſimul ad ſacram menſam accumbentibus* vi vnius alicuius intētionis omnes eos copulatim ſumptos reſpiciētis, *in peccato mortali præbet ſacroſanctam* Euchariſtiam (*ſi tamen eam in mortali impertire* H, *lethale eſt) vnicam admiſſurum noxam* I, *quā*

H ſuſ-

ſufficienter confitebitur, dicendo pluribus à ſe in peccato lethali diſtributã ſemel ſacram ſynaxin. idémq; dicendum de adminiſtratione Baptiſmi K, *Pœnitẽtiæ* L, *aliorúmque Sacramentorum* M, *quando hæc vel ſimul, vel ſucceſsiuè, modo paulò antè dicto conferuntur.* VIII°. *Qui* ſine vllo ordine ad vnicum aliquem finem *vnico actu decreuiſſet veſci carnibus, duabus vigilijs diſtantibus, eas comedendo duplicem noxam* externam *patraturum* N: *contrà verò, qui itidem vnico actu decreuiſſet per totam quadrageſimã comedere carnes ex motiuo v g. conſeruandi vires corporis, vnicum peccatum admiſſurum. Idémq; cũ proportione aſſerendum de eo, qui* ex vnica praua intentione *per plures mẽſes, & annos verſatur in concubinatu propter vnam integram voluptatem, & vtilitatem, quæ ab eo percipitur* O. IX°. *Qui die Veneris decreuiſſet non violare præceptum, niſi per comeſtionem vnius auis, & deinde ſuper ſingulis auibus feciſſet noua atq; noua huiuſmodi decreta,*

haud

Digitized by Google

haud dubiè commiſſurum plura peccata externa pro auium multiplicatione, & ſolâ obliuione excuſandum ab explicatione numeri determinati P. X°. *Qui plures copulas cum eâdem habuit, licet cōmuniter cenſendus ſit commiſiſſe plura delicta* Q, *vnum tamen duntaxat patrâſſe, ſi eas omnes voluit propter illam integram voluptatem, quæ ab omnibus ſimul ſumptis affertur* R. XI°. *Qui vi vnicæ alicuius intentionis internæ, ſiue* mediatè, *ſiue* immediatè, *vt ſuum inimicum interficeret, per vnum annum (hoſtili interim propoſito nunquam retractato) iam hæc, iam illa arma præparauit; nunc iſtud, nunc illud iter ſuſcepit; modò has, modò illas inſidias ei poſuit, tandémq; eum occidit; licet has actiones cibo, ſomno, aliíſq; operationibus ſæpius* phyſicè *interruperit, omnibus iſtis actionibus* vnicum moraliter peccatum *patraturū, quod ſufficienter confitebitur dicendo (ſe per annum molitum fuiſſe mortem ſuo inimico, illámq; ei tandem attuliſſe)* S. *Idē prorſus*

pro prima ſententia relati. *P*. Aſſertio omnium ferè Authorum conſenſu confirmata. *Q*. Lugo n.557. Tamb. n.56. *R*. Berarducius, Scarſilla, & Zanardus Dominicanus apud Ouied. n.104. *S*. Sequitur ex ſententia Doctorum §. 105. pro prima opinione citatorum. *T*. Iidem. *V*. colligitur ex dictis §. 105. membro ultimo.

108.

Quod §. præcedente *dictum de actibus externis integrantibus vnum numero peccatum morale, cum proportione aſſerendum quoq;*, de actibus illis internis, ex quibus ſequitur opus externum: *Hinc in caſu ſuprà poſito de cõcupiſcẽte puellã per annum, ſi noua & noua deſideria ab eo elicita habeãt depẽdentiã à primo deſiderio, ita vt interruptio vnius diei, hebdomadæ, aut menſis, tempore quo elicitur nouus concupiſcentiæ actus non tollat memoriam voluntatis præcedentis, ſed quoties idem obiectum recurrit animo, toties* ex voluntate illa prima habitualiter permanente, atque in memoriam redeunte *concupiſcens* ſine noua deliberatione *prodeat in eundem affectum*,

hinc vtut per annū iterata fuerint huiusmodi deſideria, non niſi vnicum peccatum committetur A. *Si verò noua, & noua illa deſideria* primæ concupiſcentiæ ſimilia *nullam habeant* dependentiam obiectiuam *inter ſe* (*vt e.g. ſi quis quoties aſpicit eandem puellam exardeſcit in illius deſiderium non ex vi deſiderij præcedētis, ſed ex eo, quòd ab eius aſpectu æquè prouocetur ad libidinem*) *tali in caſu non eſt vnum, ſed multiplex peccatum* B; *Idem dicendum de machinante per annum ſuo inimico mortem* C; *idem quoque aſſerendum de fure non volente reſtituere rem ablatā continuantéq; per vnum, pluréſq; annos malam hanc volunatem* D; *idémque deniq; cenſendum de omnibus alijs eiuſcemodi actibus* E. II. *Loquendo autem de* vnitate morali *peccati orta* ex actibus, ex quibus ſolùm per accidens non ſequitur effectus externus, *eſt eadem de illis ratio, ac ſi effectus ille ſequatur. quare qui hodie videns inimicum, vel puellam proponit homicidium,*

vel

vel fornicationem, cras verò eoſdem intues, & memor propoſiti hodierni nondum retractati viılius iterum, iterúmque idem propoſitum iterat per ordinē ad Confeſsionem vnum numero peccatum admittit F. *Diligenter hîc tamen aduertendum, faciliùs multiplicari, etiam* moraliter *actus iſtos* internos, *quando non exeunt in opus* externum, *quàm ſi exeant in huiusmodi opus* G. III. Si autem actus ſint merè interni, & de ſe non operatiui (*qualis eſt delectatio moroſa, iudicium temerarium, inuidia &c.*) *ij non poterunt inter ſe coaleſcere* in vnum peccatum morale, *niſi vel ratione alicuius inter ipſos dependentiæ intercedentis, vel ratione alicuius alterius actus eos inter ſe* moraliter *connectentis* H.

A Sequitur ex doctrina §. 104. iam ſæpius memorata, éſtq; conformis ijs, quæ traduntur tum à Soar. diſput. 22. ſect. 5 n. 14. & 20. tum ab Ouiedo n. 107. & 110. tum ab alijs pluribus. *B.* Sententia paſſim receptiſſima. C. Granad. Nauar. & alij, quos citat, ſequitúrq; Ouied. n. 113. *D.* Nauarr de Reſtitutione lib. 4. c. 4. n. 9. Tann. 2. 2.

diſp.4.q 6.dub.14.n.425.Granad.cap.6. de Peccatis Tr.2.diſp.5.n.61.& plures alij apud Ouied. n.102.& 112. *E.* Patet à rationis paritate. *F.* Author. lit. A. citati, quibus ſubſcribere quoq; debent Granadus, Ouied. aliíque ſuprà citati. *G.* Certa apud Doctores ſentẽtia. *H.* Supponitur à multis ex ſup rà relatis.

109.

Si pœnitens dubitet de numero de-terminato *peccatorum mortalium, debet in Confeſſione dicere numerũ* indeterminatè, *pro ratione ſcilicet dubij*, v.g. decies plus minùsue A. II. *Ad quotnam autem ſe extendant particulæ illæ* plus minúsue *vniuerſaliter loquendo melius definiri non poteſt, quàm quod ſolum ſignificent exiguum quid, vel* in ſe *vel* in ordine ad numerum cui adduntur B; *ita tamen vt plura in maiore multitudine, pauciora in minore deſignant* C.

A. Communiſ. cùm apud Veteres, tum apud Recentiores ferè omnes ſententia, à qua mirũ eſt auſum fuiſſe recedere neotericum quendam, maximè nullo alio nixus fundamẽto, quàm quòd peccata dubia non ſint neceſſariò confitenda. *B.* Vlpia-

pia. *in l. hæc dictio 192. ff. de Verbor. ſignificat.* Gloſſa ibid. Vaſq. q. 91. a. 1. dub. 6. n. 2. Lugo diſp. 16. ſect. 2. n. 96. aliiq; paſſim. C. Doctores paſſim.

110.

Qui nec determinatum, *nec præter propter* indeterminatum *peccatorum lethalium* numerum *in exhomologeſi explicare poteſt, tenetur confiteri ad eũ modum, quo infrà dicemus confitendum* conſuetudinario, *exponendo nimirũ conditionem ſuam, ſtatum, & tempus quo ea frequentauit; vt ita ſcilicet, ſaltem in confuſo intelligat Sacerdos peccatorum multitudinem* A. II. *Vtrùm autem tali modo confeſſus, memor deinde* numeri *teneatur poſtea iterum illũ* diſtinctè *clauibus ſubijcere, patebit ex dicendis §. 115. de Conſuetudinarijs peccatoribus, eodem enim modo de vtriſque philoſophandum videtur.*

A. Vaſq. q. 91. a. 1. dub. 5. n. 4. aliiq; plures, apud Fagund, precep 2. Eccleſ. lib. 3. c 4. n. 11. & Dian, To. 3. Tr. 4. reſol. 89. quos ſequuntur Lugo diſp. 16. ſect. 14. § 4. & Tãb, lib. 2 c. 1. § 7.

111.

Quando quis habens Contritionem

vniuerſalem, *de ſuis peccatis in ſacro tribunali accuſat ſe de fornicationibus v g. non explicando eorum numerum; ſi Confeſſarius nullo prorſus modo (hoc eſt, ne quidem in confuſo, aut ſub dubio) earum numerum percipiat*, directè *ei non dimittuntur plures fornicationes, quàm per illum cofitendi modum, omnibus conſideratis intelligi poſſunt; e c. duæ aut tres* A. *Neque eſt neceſſariũ ex ijs harum potiùs, quàm illarum* determinate *remiſſionem intendi*, *ſed ſufficit*, *ſi* (*ſaltem implicitè*) *per ea verba tot* clauibus *ſubijcere velit*, *quot per illa* in his circumſtantijs *ſignificantur* B. II. *Quod* de peccatis mortalibus *modò dictum, aſſerendum pariter* de venialibus C; *in quo aliqui minùs conſequenter philoſophantur* D.

A. Lugo diſp. 16. ſect. 14. n. 587. *B.* Idem ibid. *C.* Doctrina cõmunis. *D.* Ex quibus Dicaſt. diſp. 6. dub. 17. & nonnulli alij Recentiores.

112.

Confeſſio de malitijs lethalibus euſdẽ nu-

Quando in actu tendente in plura numero obiecta *eſt* moraliter vnica numero malitia lethalis (*vti fit, quãdo*

do actus tendit in plura obiecta lethalia vt conflantia vnum numero integrum obiectum,) *non eſt compellendus pœnitens ad explicandum numerũ obiectorum prohibitorum, in quæ actus tendit* A: *è contrario verò, ſi in actu reperiantur* moraliter plures numero malitiæ *mortales* (*vti contingit, quando actus verſatur circa plura objecta* inter ſe diſparata,) *eæ non ſecùs, ac ſpecificæ malitiæ Confeſſario diſtinctè exponendæ ſunt* B. *Hinc fit* I°. *ei, qui vnicâ bombardæ exploſione occidit quinq; homines*, pro ratione vnius, pluriúmue malitiarum numero diſtinctarũ **in Confeſſione quandoq; explicandũ interfectorum numerum, quandoq; verò ſatisfacere dicendo, ſe vno bombardæ ictu occidiſſe plures** C. **Similiter infertur** II°. *illum, qui vnico furto v. g. damnificauit viginti perſonas*, pro ratione itidem vnius, pluriúmue malitiarum actûs, *modò teneri exprimere damnificatorum numerum, modò non teneri illum exprimere.* Idémq; *eſto judicium de*

mero actûs indiuidualiter inter ſe diſtinctis.

Digitized by Google

deſiderante vnico actu *decem puellas*, *v.g*; *item de detrahente* integro alicui Collegio, *aut* Communitati, &c. D. *nempe peccatum quantùm ad prædictas malitias in ſacra exhomologeſi ita manifeſtandum eſt, ſicut fuit in intellectu, & voluntate delinquentis.*

A Doctrina in Schol. notiſſima, communiq; Confeſsar. ac Pœnitentium praxi receptiſsima. *B*. Vaſq. q. 91. a. 1. dub. 5. & atteſtante Dicaſt. d. 9. dub. 9. n. 261. omnes ferè, qui in huiuſmodi actibus admittunt plures malitias numero diuerſas. *C*. Ita prędicti Auth. Ex parte tamen diſſentiunt Lug. diſp. 16. ſect. 3. à n. 133. & Tāb. l. 2. c. 1. § 9. *D* Videantur modò citati DD.

113.

Quandocunq; in vno aliquo actu, actúsue omiſſione reperiuntur malitiæ mortales ſpecie morali diuerſæ, *nequeunt hæ in eadem Confeſſione ſeparatim exponi* A; *poteſt tamen id fieri in diuerſis Confeſſionibus, quando ſcilicet vel ex juſta cauſa, vel ex obliuione inculpabili aliqua huiuſmodi malitia, aut circumſtātia in prima exhomologeſi omiſſa fuit; dummodo in ſecunda explicari*

poſ-

poſsit malitia intermiſſa ſine mentione alterius iam manifeſtata B. *Sic, qui voto caſtitatis aſtrictus votum violat, ſi recordetur vtriuſq; malitiæ (nempe contra caſtitatem, & contra votum,) non poteſt confiteri dicendo (peccaui contra caſtitatem, &c. & inſuper etiam deliqui contra votum à me factum;) ſed tenetur* coniunctim *ſe accuſare de ſuo peccato contra votum patrato. Si tamẽ vel per obliuionẽ inculpabilem, vel rationabili ex cauſa, alteram ex dictis malitiis in prima exhomologeſi omiſiſſet, tunc in ſecunda Confeſsione ſatisfaceret confitendo eam ſolam malitiam, quam in 1ª inculpabiliter prætermiſiſſet* C.

II. *Similiter quando* in actu, *vel* omiſſione aliqua *reperiuntur plures numero malitiæ lethales, non poſſunt illæ in prima eadémq; Confeſsione inter ſe diuidi* D, *ſed ſolùm in ſecunda (intercedente ſcilicet cauſa, & limitatione, aſſertione antecedente indicatâ* E) *Hinc qui vno ictu duos occidit, non ſatisfacit dicendo Sacerdoti (interemi vnum ho-*

minem,) & mox (interfeci etiam alium hominem;) ſed debet dicere (interfeci duos homines;) ſi tamen, vt dixi, vel ex obliuione, vel juſta ex cauſa in prima exhomologeſi omiſiſſet alterum homicidiũ ex his, in ſecunda poſtea ſatisfaceret, de illo ſolo ſe accuſando, dũmodo (vt etiã ſuprà aduertimus) in poſteriore exhomologeſi, ſine mentione alterius malitiæ (in prima Confeſſione jam ſubiectæ clauibus) plenè exponi poſſit malitia, quæ expianda reſtat F.

A Lug. diſp. 16. ſect. 16 n. 652. Tamb. lib. 2. c. 1. § 12. n. 80. in contrariam tamen ſententiam abit Suarez. diſp 22. ſect. 2. n. 9. *B*. Idẽ ibid. n. 81. *C*. Sanch. lib. 4. in Decal. c. 11. n. 24. Tamb. lib. 2. §. 11. n. 77. & §. 12. n. 80. aliíq; plures apud Bonac. diſp 5. de Sacram. q 5. ſect. 2. p. 2. §. 3. diff. 1 n. 9. *D*. Vaſq. q. 91. a. 1. dub. 3 Lugo diſp. 16 ſect. 16. n. 660. atq; Tamb. § 13. n. 83. *E*. Lugo & Tamb. citati. *F*. Iidem.

114.

Confeſſio de malitia actûs vt reſpicientis plura numero obiecta.

Quæ de explicandis diſtinctè malitiis in eodem actu exiſtentibus §. præcedente dicta fuêre, cũ proportione applicãda quoq; ſunt reſpectui ipſius malitię ad plu-

plura ſpecie, numeróue obiecta A. *Quare* I°. *caſu*, *quo* vna eadémq; ſpecie malitia *feratur ſimul æqualiter in duplex obiectũ ſpecie diuerſum* B, *ex cauſis*, *atq; ſub limitatione ibidem poſitis, ſatisfacies in prima exhomologeſi conſitendo circumſtantiam vnius obiecti, & in ſecundo explicando ſolùm alteram* C. II°. *Eâdem ratione licet in prima Confeſſione non rarò* (*ſaltem confuſè*) *exponendus ſit numerus* obiectorum, *in quæ tendit malitia indiuidualis*, *ob cauſas tamen iuſtas*, *ſat erit*, *ſi in ſecunda Confeſſione ſuppleas numerum* obiectorũ, *qui in prima omiſſus fuerat* D. *& ſic in ſentẽtia dicente poſſe* vnicâ ſpecie malitiâ *deſiderari ſimul ſolutã & ligatam*, *qui ita peccauit*, *ex cauſis ſuprà poſitis poterit diuidere* reſpectum malitię, *et in prima exhomologeſi exponere ordinẽ peccati* ad perſonam ſolutam, *in altera verò manifeſtare ordinem eiuſdem noxæ* ad perſonam ligatã. *Idémq;* ſuo modo *dictum eſto de ordine eiuſdem numero malitia* ad plura numero obiecta lethalia. E.

A, Vi-

A. Videantur Suarez diſp, 22. ſect. 2. & Dian. To 1, Tr. 7. reſol 17. & 29, & To. 3. Tr. 4. reſol. 164. *B.* Caſus hic non eſt impoſſibilis, licet raro contingat. *C.* Sequitur ex dictis §. antecedente *D.* Ita fateri debent Soarez, Filliuc. Laym. & alij apud Dian. Tom. 3. Tr. 4. reſol. 164. negantes in eodẽ actu dari plures malitias ſolo numero diſtinctas, ſimuúlq; aſſerentes ſæpe in Cõfeſſione explicandum numerum *obiectorũ*, in quæ fertur peccatum quando ſcilicet iuſta cauſa non excuſat à dimidianda Cõfeſſione talis peccati. *E.* Colligitur ex dictis.

115.

Confeſſio Conſuetudinariorũ.

Vti nimis ſeuera eſt, ſententia aſſerens A etiam ipſos peccatores Conſuetudinarios (*hoc eſt qui per longum tempus in conſuetudine peccandi vixêre,*) *omnino cogendos eſſe ad explicandum in Confeſſione diſtinctè numerum, ſpeciéſq; peccatorum lethalium: ita ex oppoſito, opinio docens ſatis eſſe, ſi ab eis ſolùm tempus ſtatûs ſui praui exponatur.* B, *haud dubiè nimis laxa eſt* C. *Mediâ igitur viâ procedendum* D, *&* à meretrice, E. C. *nequiente commodè* (*i. e. ſine graui difficultate*) *dicere ſigillatim numerum, ſpeciesq; peccatorum exter-*

norum.

norum, non ſolùm exponendũ erit tempus mali ſtatûs, verùm etiam præcipuæ criminum ſpecies, in quarũ memoriam ſine graui difficultate redire poteſt (nimirum, an deliquerit cum perſonis voto caſtitatis obſtrictis, propinquis, coniugatis &c;) ac deniq; etiam, ſaltẽ in cõfuſo, numerus criminũ, e. g. toties plus minus per menſem, vel per hebdo-dam, &c. *etenim ſi aliqua viuens in frequentiſsima ciuitate, creberrimè quotidie deliquit: alia verò in exiguo ruſticorũ pago degens vix ſemel in hebdomade peccauit, quis negare poterit, id in Confeſſione explicandum eſſe?* E. *Quod dictũ de meretrice ſuo modo dicendum quoq; de fure* habituato F, Vſurario G, habente domi concubinã H, concupiſcente paſſim fœminas I, miſcente frequenter colloquia de rebus grauiter impudicis K, &c. II. *Rectè autẽ docet Vaſq. de Pœnit. q. 91. a. 1. dub. 5. n. 3. huiuſmodi peccatores non eſſe cogẽdos ad exponandum numerum* noxarũ internarum *per hebdomades vel dies;*

(vt i-

(*vti faciendum paulò antè diximus reſpectu frequentiæ actuum externorum;*) *etenim non ſine magna difficultate, magnóue* vel per exceſſum vel per defectum erroris periculo *poſſet ab illis eiuſcemodi noxarum internarum numerus extorqueri; quod periculum cōmuniter nō exiſtit in actibus externis* L. III. *Prædicti pœnitentes, qui* ob inueteratam conſuetudinem *nequeunt numerum peccatorum* dinſtinctè *explicare, ideoque modo præfato confitentur, nō tenētur poſtea* iterum *ſuÿbcere clauibus noxas particulares, quæ ſibi* deinde *in memoriā redeunt, & quidem licet eas* magis diſtinctè *tunc confiteri poßint* M.

A. Apud Fagund. præc. 2. Eccleſ. lib 3. c. 4. & Dian. To. 3 Tr. 4. reſol. 89. *B.* Nauarri in Summ. c. 6 n. 15. *C.* Tamb. lib. 2. c. 1. §. 7. n. 39. *D.* Fagund. præc. 2. Eccleſ. lib. 3. c. 4. n. 11. Tamb. ibid. aliíq; apud Dian. To. 3. Tr. 4. reſol. 89. *E.* Tamb. ſuprà cit. *F.* Vaſq. q. 91. a. 1. dub. 5. n. 3. *G.* Tamb. n. 41. *H.* Henriq. lib. 5. c. 5. n. 9. Fagund. 2. præc. Eccles. lib. 3. c. 4. n. 11. *I.* Vaſq. ibi. *K.* Lugo diſp. 16. ſect. 14. n. 575. *L.* Tamb. n. 40. *M.* Vaſq.

Vaſq.q,91.a.1.dub.5.n.3.Lugo diſp.16. ſect.14.n.582.

116.

Confeſſio generalis.

Confeſſionem generalem *inſtituens non tenetur dicere omnia peccata mortalia aliàs ritè clauibus ſubiecta* A; *& quidem etiamſi diceret velle ſe* generaliter *confiteri* B. II. *In tali exhomologeſi per ſe loquendo, absque vlla diſtinctione, aut declaratione commiſceri poſſunt peccata mortalia noua cum antiquis* C; *& quidem quamuis id fieret de induſtria ad celandum* Confeſſario *tempus, quo peccata illa fuêre commiſſa* D: per accidens *tamen quandoq; explicandũ eſt, noxam manifeſtatam, eſſe recentem, & adhuc inexpiatam; nempe quãdo vel eius reſeruatio, vel medicina fortè pœnitenti præſcribenda id poſceret* E: *quãquam etiam tunc ſi confiteretur alicui habenti poteſtatem abſoluendi* à reſeruatis *quantũ ad reſeruationẽ attinet, poſſet pariter delicti tempus ſubticere* F.

A. Henriq. lib. 2. de Pœnit. cap. 12. §. 2. in gloſſa litt. D. aliiq; plures, quos adducit ſequitúrq; Lugo diſp. 16, n. 57. & Tãb. lib.

lib.2.c.1.§.2. vbi quoq; ait eſt communē, & certāTheolog. opinionē Contrariū tamen aſſerere non dubitant Victoria, & Ledeſma apud Lug.*n.* 57. *B*. Tambur. & Lugo ſuprà cit *C*. Suar.diſp.22.ſect. 9 n. 2.in fine. Sanch.in Decal.lib.1.c.10. n. 71. Coninck. diſp.17.dub.8 n.69.&alij communiter contra Luiſium Turrianum. *D*. Henriq lib.2. de Pœnit.c.12.§.2, in gloſſ. litt. D.& Tāb. ſuprà relatus. *E*. Doctores com. *F*. Lugo diſp.16.ſect.2.§.1.n.47.

Confeſſio quâ pœnitēs intercętera ſe accuſat de peccatis è memoria dilapſis.

117.

Quod de obligatione confitendi diſtinctè numerum, ſpeciéſq; peccatorum mortalium *in ſacra exhomologeſi omiſſas dictum eſt, aſſerendum quoq; de peccatis è memoria elapſis, de quibus pœnitens* in genere *tantùm cum alijs* in particulari dictis *ſe accuſat; quare hæc cū in memoriam redierint, tā ſecūdū ſuas ſpecies, quàm ſecundū ſuum numerum (ſi lethalia ſint) ſacris clauibus ſubijcienda erunt* A; *contrariáq; opinatio* B *meritiſſimò in Societatis noſtræ ſcholis prohibita eſt* C. II. *Quanquam autem quando Confeßio non fit de peccatis* in indiuiduo, *ſed tantùm vel* in ge-

genere, *vel* in ſpecie *nonnulli valde laboret in oſtendẽdo quidnã per eiuſcemodi Confeßionem* directè *remittatur; facilè tamen tota difficultas hæc ſoluetur ſi dicas : in eiusmodi exhomologeſi directè remitti dutaxat malitiam in Confeßione manifeſtatam* (*ſiue ea* generica *ſiue* ſpecifica *ſit*,) indirectè *verò malitias reliquas* inferiores D.

A. Sententia longè cõmuniſ. *B.* Viualdi in Candelabro aureo de confeſ.lib. 7.n 3.*C.* In Ordinatione pro ſtudijs ſuperioribus pag.28 n. 22. *D.*Ratio eſt, quia vt paſſim ſupponitur à DD. Abſolutio directa non reſpicit neceſſariò aliquam materiam *phyſicam*, ſed vel *Phyſicam*, vel *Metaphyſicam*.

118.

Certum eſt apud Catholicos validè, & licitè *fieri Confeßionem de ſolis peccatis, quæ iam antea legitimè fuêre clauibus ſubiecta* A. II. *Quando pœnitens* ritè *ſe accuſat de vno, pluribúsq; peccatis* validè & licitè *poteſt ſe quoq; ſimul accuſare* in genere, etiam generaliſſimo *de alijs peccatis, quæ iã ſemel* debito modo *confeſſus fuit* B. III. *Si quis*

Confeſſio peccatorũ iã antea ritè clauibus ſubiectorum.

Digitized by Google

non habens de præſenti *conſcientiam noxæ lethalis, nullã prorſus de aliquo alio peccato faciẽdo mentionẽ,* in genere ſolùm remotiore *ſe accuſaret de noxis mortalibus anteactæ vitæ dicendo: (accuſo me, quòd olim grauiter peccauerim;) vtut Pœnitens tantum inſtaret, atq; vrgeret, nullo pacto* extra caſum neceſſitatis *abſolui deberet* C; *poſito tamẽ, quòd abſolueretur, nec ipſe, nec Confeſſarius per ſe loquendo, videtur peccaturus* grauiùs, *quàm* venialiter D. *E diuerſo verò, ſi non* in genere adeò remoto, *ſed* propinquiore *cõfiteretur, dicendo v.g (accuſo me, quod olim grauiter contra caſtitatem deliquerim) nõ modo valida* E, *ſed ex probabili ſententia licita quoque eſſet talis Confeſſio* F, *eiq; Abſolutionem petenti denegari ea non poſſet* G. IV. *In Confeſſione peccatorum* ſemel ritè ſubiectorum clauibus *nulla omnino eſt obligatio explicandi eorũ numerũ, ſed ad ſummũ ſufficit explicare præciſè illorum ſpeciem* H.

A. Certum Cathol. dogma. *B.* Multorum fidelium praxis. *C.* Caſpenſ. hìc diſp.

4. ſect. 18. n. 162. cap. 3. ſect. 1. *D*. Ratio eſt, quia per talem Confeſſionem, atq; Abſolutionem non cõmitteretur grauis transgreſſio conſuetudinis contrariæ, contra quam hîc potiſſimùm peccaretur. *E*. Caſpen. ibid. n. 160. *F*. Vaſq. quem citat, & & ſequitur Caſpen. n 161. *G*. Quia vt conſtat ex receptiſſima ſententia Cõfeſſarius tenetur ſequi opinionem probabilẽ *pœnitentis*. *H*. Cõmunis praxis, & vſus piorum, & DD. apud Caſpen. n. 161.

Confeſſio de peccatis venialibus.

112.

Quamuis nec Diuino, nec Eccleſiaſtico precepto tenearis confiteri venialia A, *ſi tamen ab illis* licitè, *imo & va*lidè *abſolui velis ex recepta conſuetudine habente vim præcepti non eſt confitendum* in genere generaliſſimo dũtaxat, *dicendo, (te peccâſſe venialiter* B.) *Si tamẽ te accuſares* in genere aliquo proximo, *præcisè dicẽdo v.g. (te leuiter mentitum eſſe) probabile eſt & validã & licitam futuram huiusmodi exhomologeſim* C. *II. Non eſt damnanda eorum conſuetudo, qui expoſitis* aliquibus venialibus, *de cæteris ſe accuſant* generatim D. III. *In confeſſione venialium*

non

non tenetur quis exponere eorũ numerum, *ſed ſufficit, ſi ſolam* ſpeciem *exprimat* B, IV. *Cùm peccata venialia nec Diuinam amicitiam tollant; nec Beatitudine æternâ priuent; nec pœnis Tartareis addicant, haud eſt ſatis, ſi* in Confeſſione huiuſmodi noxarum *afferas* Contritionem *nitentem præcisè motiuo vel Diuinæ amicitiæ, vel Beatitudinis æternæ, vel pœnarum æternarũ &c.* (*quia huiuſmodi* deteſtatio *nõ repugnat materiæ* clauibus *ſubiectæ;*) *ſed oportet afferre Cõtritionem dictis noxis* aliquo modo repugnantẽ; *nempe vel quia* peculiari quodã modo *Diuinæ Bonitati opponuntur; vel quia Diuinam amicitiam* aliqua ratione *tepefaciunt; vel quia ab ingreſſu Cæli retardant, aut certè deteſtenda ſunt ex aliquo Attritionis ſupernaturalis motiuo illis oppoſito.* V. *Quando magnus eſt affluxus confitentium, aut alia ratio feſtinationem vrget, à Confeſſario moneri poteſt pœnitens vt mortalia ſola recenſeat, aut è venialibus paucula* G.

A. Colligitur ex Trid. ſeſſ. 14. c. 5. & totius Eccleſiæ ſenſu. *B*. Suar. diſp. 23. ſect. 1. & Laym. lib. 5. Tr. 6. c. 12. n. 7 & 8. *C*. Sequitur apertè ex doctrina Vaſq. & Caſpenſis §. *D*. Liquet ex cōmuni praxi. *E*. Communis Fidelium, Doctorúmq; Senſus. *F*. Doctrina indubitata. *G*. Manuale Paroch. p. 2. ſect. 1. n. 13.

Confeſſionis Integritas.

120.

Ex *vi* inſtitutionis, *adeóq; iure Diuino* Integritas *Confeſsionis eſt* de neceſſitate Sacramenti Pœnitentiæ *idque de Fide eſt* A. II. *Tam ad valorem, quàm ad effectum Sacramenti huius, sēper neceſſaria eſt* integritas formalis, *non item* materialis B. III. *Aliquando tenemur dimidiatè confiteri, quando ſcilicet non poſſumus integrè* C; *imò nōnunquam ſufficit* Confeſſio in communi, *nullâ* in ſpecie, etiam ſubalternâ, *aut* in indiuiduo *noxâ explicatâ* D. IV. *Habens cum alijs peccatis mortalibus aliqua quoq; reſeruata, per ſe loquendo, non poteſt* ſacramentaliter *confiteri ſola reſeruata Superiori habenti poteſtatem abſoluendi, & pro cæ-*

teris ire ad inferiorem Confeſſarium E. *ſimiliterq; etiam* per ſe loquendo nõ *poteſt confiteri ſola non reſeruata inferiori, qui ab ijs abſoluat, recurrendo pro reliquis ad Superiorem* F. V. *Ex Integritatis defectu dari nequit Sacramentum* validum, & informe G.

A. Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. *B*. Communis Fidelium ſenſus. *C*. Paſſim Doctores. *D*. Suarez diſp. 23. Tol. lib. 3. c. 8. Vaſq. q. 91. a. 2. dub. 1. Coninck. diſput. 7. dub. 6. Hurt. diſp. 9. diff. 9. contra Sotum, Abulenſem, Canum, Nauarrum. *E*. Lugo diſp. 20. ſect. 6. Præpoſitus de Confeſſ. q. 7. dub. 9. Tãb. lib. 2. cap. 10. §. 1. n. 27. *F*. Iidem. *G*. Suarez diſp. 33. ſect. 4. Vaſq. q. 92. a. 3. dub. 1. Lug. diſp. 14. n. 103. Dicaſt. diſp. 10. dub. 13. & alij cõplures.

121.

Excuſati ab integrita. Confeſſionis

Ab integritate materiali Confeſſionis *excuſantur* I°. *moribundi* A, *ſurdi* B, *muti* C, *vti & in naufragij, incendij, prælij &c. diſcrimine conſtituti, quando ſua peccata plenè exponere nequeunt* D. II°. *excuſantur, qui nullâ vel ſuppetente, vel affulgente alterius Confeſſarij, breui adfuturi, copiâ, in Confeſſione ea peccata omittunt, quorũ pa-*

te

teſactione ſibi, aliiue graue aliquod ma-lũ Confeſſioni extrinſecũ *prudenter timent* E. III°. *excuſatur æger, qui diuturniore Sacerdotis detentione, eum in periculum imminentis contagionis adduceret* F. IV°. *excuſantur ſæpe ſcrupuloſi, tum ob periculum reddendæ eis odioſæ Confeſſionis, damnique inde ipſis impendentis; tum ob ſummam difficultatem, quã hi ſentiunt, quæ* moralis quędã impoſſibilitas *cẽſetur: quare ſatius eſt, eos aliqua peccata omittere, quàm magna hæc mala ſubire* G. V°. *Denique, vt alios taceam, excuſantur etiam, qui non ſcribunt ſua peccata Cõfeſſario manifeſtanda, licet præuideant ſe alias aliqua peccata mortalia omiſſuros* H.

A. Cõmunis Eccleſiæ ſenſus *B*. Laym. lib 5. Tr. 6. c. 8. n. 9. & Tamb. lib. 2. cap. 10. §. 1. *C* Iidem. *D*. Communiſſima Authorũ doctrina. *E* Tamb. ibid. n. 25. vbi quoque rectè addit, non ſatis eſſe timorem, quòd Confeſſarius te ſit habiturus pro peccatore &c; hoc enim eſt intrinſecum Confeſſioni, quo non obſtante eam Saluator noſter inſtituiſſet *F*. Idem n. 24. *G*. Caſt. Palao To. 1. Tr. 1. diſp. 4. p 2. n. 4. Tamb.

lib.2.c.10.§.1.n.22. *H.* Idem Tãb. ibidē n.35.

122.

Ex defectu integritatis *nequit dari Confeſsio* valida, & informis A. II. *Ratio optima huius aſſertionis eſt, quia vel peccatum aliquod omiſſum fuit ex culpa* mortali, *& tunc Confeſsio eſt nulla ob defectum* propoſiti non peccandi; *cùm in ipſamet Confeſsione peccetur* lethaliter: *vel fuit omiſſum abſq; mortali culpa, & tunc Confeſsio eſt valida & formata; quamuis vtiq; maneat obligatio ſubÿciendi poſtea* clauibus *peccatum omiſſum* B.

A. Suar. diſp. 33. ſect. 4. Vaſq. q. 92. a. 3. dub. 1. Lugo diſp. 14. n. 103. aliique multi Recentiores, quos ſequitur Dicaſt. diſp. 9 dub. 13. *B.* Aliter probat hanc ſententiã P. Dicaſt. ibid. ſed haud ita efficaciter.

Confeſſionis dimidiatio.

123.

Diuidere *ſeu* dimidiare *Confeſsionē lethaliũ (ideſt partē lethaliũ confiteri, à qua abſoluaris nunc, partem aliam relinquere, à qua abſoluaris poſtea) non licet, niſi rationabilis, grauiſque cauſa ſubſit* A, *qualis minimè eſt frequentia*

pe-

pœnitentium in magna aliqua Feſti celebritate B. II. *Quando vel ex cauſa legitima, vel ex errore non lethali dimidiatur Confeßio,* per ſingulas abſolutiones *fit Sacramentum* diuerſum E; *& pœnitens non habet obligationē rurſus confitendi in ſecunda exhomologeſi ea, quæ in prima clauibus ſubjecit* D.

A. Recentiores communiter, vt colligitur ex Lug. diſp. 20. ſect, 6. & Dicaſt. diſp. 1. dub. 18. *B* Manuale Paroch. p. 2. c. 3. n. 13. C. Lugo, & Dicaſt. citati contra Nauarr. quem tamen conatur explicare Dicaſt. *D.* Vaſq. q. 91. a. 3 dub. 10. Suar. diſp. 31. ſect. 1, & Coninck diſp. 11. dub. 12, n, 80.

124.

Confeſſionis Interruptio.

Abſq; rationabili cauſa non licet interrumpere *Confeßionem* A; *parùm tamen hîc etiam pro nihilo eſt* B. II. *Plus moræ in hac interruptione conceditur quò maior eſt cauſa, vt ſi euocêris ab infirmo, vel à perſona illuſtri interpelleris, aut negotium aliquod vrgeat, vel etiam quando cum bona venia pœnitentis quærenda eſt ex alio reſolutio dubij alicuius, quod tu ſoluere nequis &c. mo-*

nendus attamen erit pœnitens, ne offendatur C. III. *Cùm interrupta fuit exhomologeſis, deindéq; pertexitur, haud opus eſt repetere peccata antea rectè enarrata, dummodo Sacerdos* confuſam ſaltem illorum memoriam *habeat, vt pro eis* competentem Satisfactionem *iniungere poſſit* D. *haud dubiè tamen conſultius eſt in fine exhomolegeſis ea rurſus ſubijcere clauibus hac, ſimilíue formâ: (de priùs, & nunc dictis peccatis doleo, petóq; Abſolutionem* E.)

A. Commun. DD. ſenſus, *B.* Manuale Paroch. p. 2. cap. 3. ſect. 1. n. 13. C. Ibidem. *D.* Recepta praxis. *E.* Manuale cit. ſuprà.

125.

Quibus ſignis externis faciēda ſit Cōfeſsio.

Confeſsio Sacramentalis ex cōſuetudine habente vim pręcepti A. *quādocunq; abſq; graui difficultate, aut magna verecundia fieri poteſt non ſcripto, aut alijs ſignis, ſed voce facienda eſt* B: *ſi quis tamen Sacerdoti præſenti aliter confiteri nequiret, quam* ſcripturâ C, aut ſignis à voce diuerſis D, *tempore* præcepti *ad id teneretur.* II. *Huic debito*

Digitized by Google

bito quocunque in cauſu (etiam extra neceſſitatem) ſufficienter pœnitens ſatis facit, qui datâ prius Confeſſario ſcriptura continente noxas, poſt illã à Sacerdote lectam voce *ſubiungit (de his omnibus me accuſo* E;) *Si tamen peruerteretur ordo prædictus, priúsque pœnitens ſe accuſaret de omnibus, quæ deinde Sacerdos legeret, haud eſſet eadem ratio, quia tunc compleretur Confeſſio* per ſcripturam *poſtea legendam* F III. *Quando Confeſſarius aliunde ſufficientem notitiam peccati habet, ſatis eſt ſi pœnitens confiteatur dicẽdo: (accuſo me de omnibus peccatis illis, quæ tu noſti* G).

A. Communis DD. apud Hurt. diſp. 8. diſt. 3. Palaũ Tr. 23. p. 8. & alios paſſim. *B.* Iidẽ. *C.* Suar. diſp. 36. ſect. 6. Vaſq. q. 91. a. 4. Coninck, diſp. 5. dub. 10. atq; Hurt. diſp. 8. diff. 4. contra Sotum, Nauarr. Medin. Tolet. Henriq. Valentiam, & ex parte Palaum p. 3. n. 10. aſſerentem extra periculũ mortis, te teneri tantum *nutibus*, non autẽ *ſcripturâ* confiteri. *D.* Palaus modò cit. *E.* Lugo diſp. 15. ſect. 6. n. 80. *F.* Ibid. num. 82. *G.* Suarez. diſput. 27. ſect. 6. num. 5. & Lugo ſupra num. 80.

Cer-

Digitized by Google

126.

Certum eſt ex Decreto Clementis VIII. A. *in nullo caſu licere, validéue poſſe vel* per litteras, *vel* per nuntium *confeßionem Sacramentalem facere Sacerdoti abſenti, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere. Similiter quoque ex varijs Concilijs, Pontificúmq; Conſtitutionibus* B *certißimũ eſt, debere abſolui* moribundum *qui abſente confeſſario oſtendit ſigna pœnitẽtiæ, deſideriúmque confitendi, licet poſtea in eius præſentia ſenſibus deſtitutus nullum aliud ſignum det. Quomodo autem hæc* Decreta *inter ſe in ſpeciem contraria explicanda ſint, haud leuis eſt difficultas; pro cuius deciſione ſupponendum* I°. *Hodie non poſſe intelligi* Decretum Clemẽtis *ita, vt neget* tantummodo copulatiuè, *poſſe abſentem confiteri, & abſolutionem recipere, non verò neget confeßionem fieri poſſe* ab abſente, *dũ modo Abſolutio recipiatur à Confeſſario* præſente c. II°. *Supponendum etiam non poſſe dici, confeßionem moribundi*

ſuffi-

ſufficiēter fieri præſenti eo quòd fiat per adſtantem aliquem, *qui nomine ip- ſius moribundi petit abſolutionē à Con- feſſario* præſente D. III°. *Supponendū duplicem à Theologis, & Iuris peritis aſ- ſignari confeſſionē alteram propriè* iu- dicialem, *per quam reus manifeſtat in actu ſecundo ſuum crimen cum debitis ſolennitatibus; alteram verò* extraiu- dicialem, *vt cum reus dicit* volo con- fiteri meū crimē, *vel ad hunc finē ad- vocat Teſtes,* Notarium *&c; nā quamuis voluntas* v.g. reſtituendi ablata nullo modo ſit ipſa reſtitutio, (*cum nihil afferat per ſe ſumpta æquiualens ipſi re- ſtitutioni;*) *voluntas tamen fatendi de- lictum explicata exteriùs,* aliquo mo- do *dici poteſt* Confeſſio delicti; *quia ſcilicet manifeſtat, & oſtendit ipſum delictum* E. IV°. *Supponendum ex re- cepta Theologorum atq; Iuriſperitorum doctrina Confeſſionem* Iudicialem *niſi fiat* coram Iudice &c. *non eſſe validā; confeſſionem autem* extraiudicalem *plerumq; fieri ante Iudicis aduentum;*

Digitized by Google

& hæc quoque in Iure habet aliquos effectus His poſitis *ad ſupra poſitam difficultatem dicendum videtur* Decretũ Clementis VIII. *loqui de* confeſſione Iudiciali, *per quam in actu ſecundo à pœnitente manifeſtatur aliquod ſuum delictum; cum enim Decretum illius ſit* odioſum, & reſtrictiuum, *præſumendus eſt locutus fuiſſe* in rigoroſa ſignificatione: *Concilia verò, aliiq; Pontifices præſumendi ſunt loqui de Confeſſione* extraiudiciali, *ſiue lato modo ſumpta; etenim cùm ſint* fauorabilia *ex receptiſſimis principijs intelligi debent* in lata ſignificatione *Adde quòd nec Concilia, nec Pontifices vnquã dicant Confeſſionem* fieri abſenti, *ſed ſolùm* deſiderium confitendi abſente Sacerdote exterius manifeſtari, *quod deſiderium quamuis lato quodã modo ſit* Confeſſio; *noluerunt tamen illud* Confeſſionem *appellare. Quare nulla ratione Decreta Pontificum ſunt inter ſe contraria, ſed poſitâ debitâ explicatione optimè inter ſe conciliantur.* Certè Clemen-

Digitized by Google

mentem *nomine* Confeſſionis *non intelligere deſiderium confitendi manifeſtatum in abſentia Confeſſarij patet, cùm expreſſè dicat* in nullo caſu licere Confeſſionem in abſentia Cófeſſarij: *certum autem eſt licere in abſentia Confeſſarij manifeſtare hoc deſiderium in ordine ad obtinendam Abſolutionē* F.

A Inter Bullas Clementis VIII. 87. *B.* A Lugone relatis diſp 17. ſect 4. *C* Eſt cōtra Soarium, & nonnullos alios, quorum tamen interpretationem Paulus V. 14. Iulij anno 1605. in Congreg. S. Officij declarauit non ſubſiſtere. *D.* Ita communiter Recentiores contra Vaſquium, pluréſque alios, & meritò, quia ex hac ſententia ſequeretur, non eſſe abſoluendum ægrotū, ſi Confeſſarius aduocaretur ab aliquo, qui vidiſſet in moribundo ſigna *pœnitentiæ*, ſi deinde is non ſit præſens, quando Confeſſarius peruenit ad ægrotum. *E.* Videatur Lugo ſect. cit. à num. 71 *F.* Ita ferè Petrus Lomb Archiep. Armacanus, qui literis datis ad P. Coninck teſtatur, ſe hāc ſententiam propoſuiſſe Clementi VIII. & ab eo fuiſſe approbatam.

127.

Confeſſionis repetitio.

Multis in caſibus Confeſſio repetenda eſt, *vt. I°. quando facta eſt ſine* mor-

taliter malo A. II°, *quando* mortaliter *in ea tacetur aliquod lethale* B. III°. *propter mendacium* mortale, *& quodcunq; aliud* lethale *in ea commiſſum* C. IV°. *ob defectum deteſtationis dolorisq; debiti* D. V°. *ex defectu propoſiti requiſiti* E. VI°. *ratione non obtentæ* Abſolutionis F. VII°. *propter defectum* intentionis *recipiendi, impertiendiue ſacram abſolutionem* G. VIII°. *quando in Confeſſario deficit* Iuriſdictio H; *aut ea propter* excommunicationem *fuit impedita* I. IX°. *quando facta eſt Sacerdoti dormienti* K, *vel ita dormitanti, aut ita diſtracto, aut adeò ignoranti idioma pœnitentis, vt neque ad* ſpecificam, *neq; ad* generaliſſimam *peccati in Confeſſione dicti* malitiam *aduerterit* L; *tunc enim haud dubiè* peccata mortalia *tali Confeſſario dicta, vbi id aduerterit pœnitens, rurſus repetenda erunt.* X°. *ratione* excommunicationis non ablatæ *à pœnitente ſi ea fortè irretitus tenebatur* M. XI°. *quando Confeſſarius ante Abſolutionem* omni-

no *oblitus eſt Confeßionis ſtatúſq; pœnitentis, ita ſcilicet, vt ne* in confuſo quidem *illius* ſufficienter *recordetur ad* prudenter, *confitenti imponendam pœnitentiam* N. XII° *repetenda quoque eſt euẽtu, quo Sacerdos adeo ſit indoctus, vt*, ne quidem ſub dubio probabili *cognoſcat, num aliqua Abſolutionis materia* hîc & nũc *ſit clauibus ſubiecta* O. *An autem etiam repetenda ſit Confeßio*, ſaltem quantùm ad ſpecies, numerũ, atq; circumſtantias mutantes ſpecies, quæ à Confeſſario indocto cognoſci deberent, *haud leuis difficultas eſt, in qua quia non admodum vrgent fundamenta aſſerentium* P, huiuſmodi exhomologeſes repetendas eſſe, quo ad ea, quæ à tali Confeſſario culpabiliter ignorantur, *in partem mitiorem magis propendemus* Q.

A. Certa notáq; doctrina. *B.* Aſſertio communiſſima contra Paludanum, & nõnullos alios apud Dicaſt. diſp. 9. dub. 3. *C.* Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 46. *D.* Lugo diſp. 16. ſect. 15. n. 597. ac Tamb. loc. cit. *E.* Iidẽ. *F.* Indubitatum dogma. *G.* Doctores paſ-

 ſim.

Digitized by Google

ſim. *H* Videatur Lugo n. 58. *I* Poſt Concil. Conſtantienſe tantùm in duobus caſibus ratione Excõmunicationis impeditur Confeſſarij *Iuriſdictio*, nempe *per nominatam denuntiationem*, & propter Clerici publicam percuſſionẽ, vt videre eſt apud Tamb, n. 50. & alios. *K*. Lugo n. 605. *L*. Tamb. n. 51. & 53. aliiq; quos ſequitur Dicaſt diſp. 8 dub. 4. n 95. *M* Vt fit quando malâ fide pænitens à Confeſſario extorquet Abſolutionẽ de quo videantur Suar. To 5 in. 3. p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10 atque Coninck diſp. 4. de Excom. dub. 19. n. 207 & de Pœnit. diſp. 12. dub. 1. n. 97. *N*. Lugo d. 16. ſect. 15. §. 3. aliique paſſim. Hurt. tamen diſp. 8. diff. 8. exiſtimat in hoc caſu non eſſe neceſſariò diſtinctè iterandam Confeſſionem. ſed ſufficere confeſſionem aliquam *mediam ac confuſam* peccatorum antea *diſtinctè explicatorum*, quę ſufficiat ad taxandam pœnitentiam, ad quem ſolùm finem exiſtimat tunc requiri confeſſionẽ nouam de eiſdem peccatis. *O*. Suar. diſp. 28. ſect. 2. nec non Tamb. n. 51. *P*. nempe Richard. in. 4 diſt. 17. a. 2 q 8. Victoriæ de Confeſſione n. 168 Vaſq q. 93. a. 3. dub. 2. Turr. diſp. 25. dub. 2, Ochagauiæ q. 38. *Q*. Cũ Soario diſp. 22. ſect. 6. Lug. diſp 16 n. 602, & ſeq. atq; Dicaſt. d. 10. dub. 12. n. 350.

128.

Præterea haud eſt neceſſario Confeſ-

ſio

ſio repetenda I°. *quando pœnitens* bona fide *fuit abſolutus non ablatâ priùs* excommunicatione, *quâ irretitus tenebatur* A. Nec II° *eſt repetenda, quando pœnitens errauit in numero, (dicẽdo plures actus, quàm reuera erant) ita tamen,* vt in ipſo errore non peccauerit grauiter; *imò neq; tenetur in tali caſu corrigere illum errorem* B. Nec III° *eſt repetenda, quando vel ex negligentia, vel ex obliuione omiſſa fuit* Satisfactio ſacramentalis C. *Vtrùm verò ad huiuſmodi repetitionem cogendi ſint* ruſtici, pueri, aliiq; huiuſmodi imperiti pœnitentes, *qui bonâ fide non explicatis ſpeciebus, circumſtantiis, ac numero peccatorum lethalium Confeſſiones ſuas peregerunt, haud ita facile deciſu eſt. Probabilius tamen videtur eos non eſſe cogendos ad repetendas huiuſmodi exhomologeſes, ſi* eorũ *Confeſſarius* ex circumſtantiis, ſtatúq; pœnitentis, *ſaltem* ſub dubio *potuit attingere, quæ ab ipſis* ſolùm confusè *dicta fuêre* D; *ſecùs verò aſſerendũ, ſi* ne quidem

ſim. *H* Videatur Lugo n. 58. *I* Poſt Concil. Conſtantienſe tantùm in duobus caſibus ratione Excõmunicationis impeditur Confeſſarij *Iurisdictio*, nempe *per nominatam denuntiationem*, & propter Clerici publicam percuſſionẽ, vt videre eſt apud Tamb. n. 50. & alios. *K*. Lugo n. 605. *L*. Tamb. n. 51. & 53. aliiq; quos ſequitur Dicaſt diſp. 8 dub. 4. n 95. *M* Vt fit quando malâ fide pænitens à Confeſſario extorquet Abſolutionẽ de quo videantur Suar. To 5 in. 3 p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10 atque Coninck diſp. 4. de Excom. dub. 19. n. 107 & de Pœnit. diſp. 12. dub. 1. n. 97. *N*. Lugo d. 16. ſect. 15. §. 3. aliique paſſim. Hurt. tamen diſp. 8. diff. 8. exiſtimat in hoc caſu non eſſe neceſſariò diſtinctè iterandam Confeſſionem, ſed ſufficere confeſſionem aliquam *mediam ac confuſam* peccatorum antea *diſtinctè explicatorum*, quę ſufficiat ad taxandam pœnitentiam, ad quem ſolùm finem exiſtimat tunc requiri confeſſionẽ nouam de eiſdem peccatis. *O*. Suar. diſp. 28. ſect. 2. nec non Tamb. n. 51. *P*. nempe Richard. in. 4 diſt. 17. a. 2 q 8. Victoriæ de Confeſſione n. 168 Vaſq q. 93. a. 3. dub. 2. Turr. diſp. 25. dub. 2. Ochagauiæ q. 38. *Q*. Cũ Soario diſp. 23. ſect. 6. Lug. diſp 16 n. 602. & ſeq. atq; Dicaſt. d. 10. dub. 12. n. 350.

128.

Præterea haud eſt neceſſario Confeſ-

ſio

ſio repetenda I°. *quando pœnitens* bona fide *fuit abſolutus non ablatâ priùs* excommunicatione, *quâ irretitus tenebatur* A. Nec II° *eſt repetenda, quando pœnitens errauit in numero, (dicẽdo plures actus, quàm reuera erant) ita tamen,* vt in ipſo errore non peccauerit grauiter; *imò neq; tenetur in tali caſu corrigere illum errorem* B. Nec III° *eſt repetenda, quando vel ex negligentia, vel ex obliuione omiſſa fuit* Satisfactio ſacramentalis C. *Vtrùm verò ad huiuſmodi repetitionem cogendi ſint* ruſtici, pueri, aliiq; huiuſmodi imperiti pœnitentes, *qui bonâ fide non explicatis ſpeciebus, circumſtantiis, ac numero peccatorum lethalium Confeſſiones ſuas peregerunt, haud ita facile deciſu eſt. Probabilius tamen videtur eos non eſſe cogendos ad repetendas huiuſmodi exhomologeſes, ſi* eorũ *Confeſſarius* ex circumſtantiis, ſtatúq; pœnitentis, *ſaltem* ſub dubio *potuit attingere, quæ ab ipſis* ſolùm confusè *dicta fuêre* D; *ſecùs verò aſſerendũ, ſi* ne quidem

dem ſub dubio *ea aſſecutus fuiſſe credatur* B: *quamuis etiam tunc haud neceſſariò* quò ad omnia *repetendæ ſint præcedentes Confeßiones, ſed* quò ad eaduntaxat, *quæ* ne ſub dubio quidem *à Confeſſario percepta fuerunt*. E.

A. Suar. Tom. 5. in 3. p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10. ac Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 54. *B*. Bonac. diſp. 5. de Sacrã. q. 5. ſ. 2. p. 3. n. 3. & Megela atq; Diana quos refert, ſequitúrq; Lugo diſp. 16. ſ. 14. n. 572. contra Ioan. Yribarnem in 4. diſt. 17. diſp. 57. ſ. 8. C Lugo diſp. 16. ſect. 15 n. 600. & Dicaſt. diſp. 8 n. 92. atque 93. *D*. Patet ex dictis §. nã ſicuti, qui dicit (decies plus, minúsue blaſphemaui) nõ tenetur poſtea ſubijcere clauibus vndecimam, vel duodecimam blaſphemiã certò cognitam, vti communior docet ſententia, ita ſanè neq; in caſu noſtro &c. Imò hinc Card. de Lugo diſp. 16. ſect 14. à n. 579. probat ſententiam aſſerentem peccatum dictum vt dubiũ non debere poſtea neceſſariò dici vt certũ, quia inde ſequeretur, omnibus pueris, ruſticis &c; qui bonâ fide ſubijciunt clauibus *craßiore modo* ſuas noxas, repetendas eſſe poſtea exhomologeſes ita factas, quod tamen grauiſſimi Doctores non concedunt, vti videre eſt apud modò citatum Authorem n. 577. quare non videntur huiſmodi per-

ſo-

ſonæ cogendæ ad repetendas Confeſſiones prçteritas ita *craſſo modo* factas, prçſertim propter numerum non bene explicatum; quia poſſumus rationabiliter credere, peccatorum numerum ſaltem *ſub dubio* ex circumſtantijs innotuiſſe Confeſſario. *E.* Communiſſima ſententia, vt liquet ex Lug, diſp.16. ſect.14. à.n.577. *F.* Patet ex dictis.

129.

Inualidè *confeſſus poteſt eidem vno verbo ſacramentaliter confiteri dicendo (confiteor omnia, quæ nuper ſacrilegè confeſſus fui) neceſſarium tamen ad hoc eſt, ut confeſſarius peccata in præcedente exhomologeſi dicta*, quantùm ſatis eſt, *memoriâ adhuc retineat* A. II. Per ſe loquendo, *non eſt repetendum peccatū integrū quando vel per obliuionē, vel iuſta de cauſa in alia* Confeſſione *omiſſa fuiſſet circumſtantia aliqua lethalis; ſed ſatisfacies te in proxima exhomologeſi accuſando de ſola illa circumſtantia antea omiſſa* B. III. *Quando quis in ſacro tribunali ſe accuſauit de aliquo peccato* reſeruato, *à quo Confeſſarius non habet facultatem abſoluendi,* obtentâ licentiâ, *vt ab eo abſoluaris,*

neceſſariò eidem repetendum eſt reſeruatum, *id quod ſi intermittas* irrita eſt abſolutio C: *ſufficit tamen ſi dicas, (accuſo me de peccato in minùs legitima Confeſſione antea dicto* D.)

A Lugo diſp.16.ſect. 15. à n. 597. & Tamb.lib.2.c.10.§.3.n.48.*B.* Henriq.lib.5. c.5.n.4. Valent.To.4, diſp.7. q. 11. p. 1. Sa. Verbo Confeſſio n.31.& alij, quos refert, ac ſequitur Bonac. diſp.5. de Sacram. q.5. ſect.2.p.2.§.3 diſput.1.9.*C.* Lugo diſp.16. ſect.15.§.3 & teſte Tamb.lib.3.c.2.n.9. alij omnes.*D.* Iidem, atque Tamb. id eſſe certum dummodo Confeſſarius *ſufficienter* ſit memor peccati antea dicti.

130.

Confeſſio fine venialiter malo vitiata.

Confeſſio fine venialiter malo *vitiata, nec irritum, nec infructuoſum reddit Sacramentum* A, *ſiue ille finis ſit* principalis, & motiuus B, *ſiue ſit minùs* principalis, & impulſiuus *duntaxat* C. II. *Atque hinc fit, ex hoc capite non peccare lethaliter, qui bonæ exiſtimationis* ſui *conſeruandæ causâ, Confeſſario ſuo Ordinario* venialia *tantùm, alteri verò priùs* mortalia *cõfitetur* D.

A. Vaſq.q 92.a.3.dub.2. Sanch.in ſumma

ma lib 1.c.3.n.1.Henriq.lib.4.c.3.n,1.Reginald lib. 6.n.149. atq; Hurt. diſput 6. diff.7.*B* Ibidem. *C* Dicaſt diſp 8. dub. 4. n.81. & ipſo referente, omnes ferè Theolog. *D*. Idem ibid.n.89. aliiq; communiniter.

Mendacium in Confeſſione.

I 31.

Quando non adeſt ſufficiens cauſa celādi Confeſſario peccatū aliquod mortale, grauiter *peccatur mentiendo in Confeſſione circa illud, ſi id nunquā aliàs clauibus ſubiectum fuit* A: *ſed etſi hoc ritè fuiſſet iam antea Sacerdoti expoſitum, lethalis culpa eſt mētiri circa illud, quādo Confeſſarius vel ut* Medicus, *vel ut* Iudex *iure ſuo interrogaret tanquā aliquid neceſſarium ad rationē Confeßionis, quæ tunc ſit cognoſcendū* B. II. *Confiteri aliquod* mortale *aliter, quàm in tua conſcientia ſit (dicendo nempe dubium vt certum, certum ut dubium, non commiſſum vt commiſſum, & nunc cōmiſſum ut iam antea expiatū &c) peccatū lethale eſt, niſi ignorantia, bonáue fides quandoq; excuſent* C. III. *Similiter mortale ſacrilegiū eſt mentiri circa* ueniania-

niale, *quando tale mendacium affertur à pœnitente pro materia totali Confeſſionis* D. IV. *Non eſt* mortale *inficiari Confeſſario noxam aliquam lethalem iam aliàs ritè dimiſſam, & non facientem ad Confeſſionem tunc inſtitutam* E. V. *Delinquit* lethaliter, *qui vnum numero peccatum mortale confitetur pro alio numero peccato, vt ſi, qui Petrum interfecit, malâ fide dicat, ſe interfeciſſe Paulum* F.

A. Lugo diſp 16. ſect 2. n. 100. Tamb. lib. 2. c. 10. §. 2. n. 37. *B*, Lugo diſput, 14. ſect. 10. n. 172. & Tamb. n. 38. *C*. Suar. diſput. 22. ſect. 10. Vaſq. q 91. a. 1. dub. 7. Coninck d. 6. dub. 3. Hurt. diſp. 6. diff. 7. & alij paſſim. *D*. Suar. diſp. 22. ſect. 10. n. 6. aliiq; communiter, præter Philippum Fabrum apud Dian. Tom. 3. Tr. 4. reſol. 96. *E*. Tamb. n. 44 *F*. Vaſq. q. 91. a. 1. dub 3. Lugo diſp. 16. ſect. 3. n. 123 atq; Tamb. n. 45.

Confeſſionis cerimoniæ

132.

Non eſt neceſſarium, ut exhomologeſi præmittatur Confeſſio generalis A: II. ***Accedentes ad confeſſionẽ habitu, ornatúq; corporis*** uenialiter malo, ***non repellendi ſunt*** B: ***repellendi ſunt tamẽ***

niſi

niſi doleant, emendationémque proponant, ſi habitus ille, aut ornatus ſit lethaliter malus c. III. *De congruentia ſolùm eſt, vt pœnitens confiteatur aperto capite, flexis genibus, ſine armis, in loco ſacro &c.* D. *quare nullus propterea à Confeſſario reijciendus erit.* IV. *ac poſtremò nullus ſub præcepto datur ritus in modo confitendi, ſed ſolùm, per ſe loquendo, eæ conditiones à pœnitente obſeruandæ, quæ ad veram accuſationem ſui, humilíſque confeſſionis oſtenſionem neceſſariæ ſunt.* E.

A. Suarez. diſp. 18. ſect. 6. n. 2. *B.* Manuale Paroch. p. 2. c. 3. n. 4. *C.* Qualis eſt, qui uehementer ad libidinem excitat, aut geſtatur animo libidinoſo. *D.* P. Victoria, Premulus in memoriali Sciendorum à Clericis c. 6. n. 63. idémq; colligitur ex Soario n. 1. *E.* Suarez ibidem.

Capvt IV.

De Abſolutione Sacramentali.

133.

ABſolutio à peccatis eſt *intrinſeca* A, *atq; eſſentialis* B *Sacramẽti Pœnitẽtiæ Pars, illiúsq;* Forma c. II. *Ab ea multa* **Abſolutionis Sacramẽtalis quidditas.**

& hæc quoque in Iure habet aliquos effectus His poſitis *ad ſupra poſitam difficultatem dicendum videtur* Decretũ Clementis VIII. *loqui de* confeſſione Iudiciali, *per quam in actu ſecundo à pœnitente manifeſtatur aliquod ſuum delictum; cum enim Decretum illius ſit* odioſum, & reſtrictiuum, *præſumendus eſt locutus fuiſſe* in rigoroſa ſignificatione: *Concilia verò, aliiq; Pontifices præſumendi ſunt loqui de Confeſſione* extraiudiciali, *ſiue lato modo ſumpta; etenim cùm ſint* fauorabilia *ex receptiſſimis principijs intelligi debent* in lata ſignificatione *Adde quòd nec Concilia, nec Pontifices vnquã dicant Confeſſionem* fieri abſenti, *ſed ſolùm* deſiderium confitendi abſente Sacerdote exterius manifeſtari, *quod deſiderium quamuis lato quodã modo ſit* Confeſſio; *noluerunt tamen illud* Confeſſionem *appellare. Quare nulla ratione Decreta Pontificum ſunt inter ſe contraria, ſed poſitâ debitâ explicatione optimè inter ſe conciliantur. Certè* Clemen-

mentem *nomine* Confeſſionis *non intelligere deſiderium confitendi manifeſtatum in abſentia Confeſſarÿ patet, cùm expreſſè dicat* in nullo caſu licere Confeſſionem in abſentia Cofeſſarij: *certum autem eſt licere in abſentia Confeſſarÿ manifeſtare hoc deſiderium in ordine ad obtinendam Abſolutionẽ* F.

A Inter Bullas Clementis VIII. 87. *B*. A Lugone relatis diſp 17. ſect 4. *C* Eſt cõtra Soarium, & nonnullos alios, quorum tamen interpretationem Paulus V. 14. Iulij anno 1605. in Congreg. S. Officij declarauit non ſubſiſtere. *D.* Ita communiter Recentiores contra Vaſquium, pluréſque alios, & meritò, quia ex hac ſententia ſequeretur, non eſſe abſoluendum ægrotũ, ſi Confeſſarius aduocaretur ab aliquo, qui vidiſſet in moribundo ſigna *pœnitentiæ*, ſi deinde is non ſit præſens, quando Confeſſarius peruenit ad ægrotum. *E.* Videatur Lugo ſect. cit. à num. 71 *F.* Ita ferè Petrus Lomb Archiep. Armacanus, qui literis datis ad P. Coninck teſtatur, ſe hãc ſententiam propoſuiſſe Clementi VIII. & ab eo fuiſſe approbatam.

127.

Multis in caſibus Confeſſio repetenda eſt, *vt*. I°. *quando facta eſt ſine mor-* Confeſſionis repetitio.

taliter malo A. II°, *quando* mortaliter *in ea taceetur aliquod lethale* B. III°. *propter mendacium* mortale, *& quodcunq; aliud* lethale *in ea commiſſum* C. IV°. *ob defectum deteſtationis dolorisq; debiti* D. V°. *ex defectu propoſiti requiſiti* E. VI°. *ratione non obtenta* Abſolutionis F. VII°. *propter defectum* intentionis *recipiendi, impertiendiue ſacram abſolutionem* G. VIII°. *quando in Confeſſario deficit* Iuriſdictio H; *aut ea propter* excommunicationem *fuit impedita* I. IX°. *quando facta eſt Sacerdoti dormienti* K, *vel ita dormitanti, aut ita diſtracto, aut adeò ignoranti idioma pœnitentis, vt neque ad* ſpecificam, *neq; ad* generaliſſimam *peccati in Confeſſione dicti* malitiam *aduerterit* L; *tunc enim haud dubiè* peccata mortalia *tali Confeſſario dicta, vbi id aduerterit pœnitens, rurſus repetenda erunt.* X°. *ratione* excommunicationis non ablatæ *à pœnitente ſi ea fortè irretitus tenebatur* M. XI°. *quando Confeſſarius ante Abſolutionem* omni-

no *oblitus eſt Confeſſionis ſtatúſq; pœnitentis, ita ſcilicet, vt ne* in confuſo quidem *illius* ſufficienter *recordetur ad* prudenter, *confitenti imponendam pœnitentiam* N. XII° *repetenda quoque eſt euentu, quo Sacerdos adeo ſit indoctus, vt*, ne quidem ſub dubio probabili *cognoſcat, num aliqua Abſolutionis materia* hîc & nũc *ſit clauibus ſubiecta* O. *An autem etiam repetenda ſit Confeſſio*, ſaltem quantùm ad ſpecies, numerũ, atq; circumſtantias mutantes ſpecies, quæ à Confeſſario indocto cognoſci deberent, *haud leuis difficultas eſt, in qua quia non admodum vrgent fundamenta aſſerentium* P, huiuſmodi exhomologeſes repetendas eſſe, quo ad ea, quæ à tali Confeſſario culpabiliter ignorantur, *in partem mitiorem magis propendemus* Q.

A. Certa notáq; doctrina. *B.* Aſſertio communiſſima contra Paludanum, & nõnullos alios apud Dicaſt. diſp. 9. dub. 3. *C.* Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 46. *D.* Lugo diſp. 16. ſect. 15. n. 597. ac Tamb. loc. cit. *E.* Iidẽ. *F.* Indubitatum dogma. *G.* Doctores paſ-ſim.

ſim. *H* Videatur Lugo n. 58. *I* Poſt Concil. Conſtantienſe tantùm in duobus caſibus ratione Excõmunicationis impeditur Confeſſarij *Iuriſdictio*, nempe *per nominatam denuntiationem*, & propter Clerici publicam percuſſionẽ, vt videre eſt apud Tamb, n. 50. & alios. *K.* Lugo n. 605. *L.* Tamb. n. 51. & 53. aliiq; quos ſequitur Dicaſt diſp. 8 dub. 4. n 95. *M* Vt fit quando malâ fide pænitens à Confeſſario extorquet Abſolutionẽ de quo videantur Suar. To 5 in. 3 p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10 atque Coninck diſp. 4. de Excom. dub. 19. n. 107 & de Pœnit. diſp. 12. dub. 1. n. 97. *N.* Lugo d. 16. ſect. 15. §. 3. aliique paſſim. Hurt. tamen diſp. 8. diff. 8. exiſtimat in hoc caſu non eſſe neceſſariò diſtinctè iterandam Confeſſionem, ſed ſufficere confeſſionem aliquam *mediam ac confuſam* peccatorum antea *diſtinctè explicatorum*, quę ſufficiat ad taxandam pœnitentiam, ad quem ſolùm finem exiſtimat tunc requiri confeſſionẽ nouam de eiſdem peccatis. *O.* Suar. diſp. 28. ſect. 2, nec non Tamb. n. 51. *P.* nempe Richard. in. 4 diſt. 17. a. 2 q 8. Victoriæ de Confeſſione n. 168 Vaſq q. 93. a. 3. dub. 2. Turr. diſp. 25. dub. 2. Ochagauiæ q. 38. *Q.* Cũ Soario diſp. 22. ſect. 6. Lug. diſp 16 n. 602, & ſeq. atq; Dicaſt. d. 10. dub. 12. n. 350.

128.

Præterea haud eſt neceſſario Confeſ-

ſio

ſio repetenda I°. *quando pœnitens* bona fide *fuit abſolutus non ablatâ priùs* excommunicatione, *quâ irretitus tenebatur* A. Nec II° *eſt repetenda, quando pœnitens errauit in numero, (dicēdo plures actus, quàm reuera erant) ita tamen,* vt in ipſo errore non peccauerit grauiter; *imò neq; tenetur in tali caſu corrigere illum errorem* B. Nec III° *eſt repetenda, quando vel ex negligentia, vel ex obliuione omiſſa fuit* Satisfactio ſacramentalis C. *Vtrùm verò ad huiuſmodi repetitionem cogendi ſint* ruſtici, pueri, aliiq; huiuſmodi imperiti pœnitentes, *qui bonâ fide non explicatis ſpeciebus, circumſtantiis, ac numero peccatorum lethalium Confeſſiones ſuas peregerunt, haud ita facile deciſu eſt. Probabilius tamen videtur eos non eſſe cogendos ad repetendas huiuſmodi exhomologeſes, ſi* eorũ *Confeſſarius* ex circumſtantiis, ſtatúq; pœnitentis, *ſaltem* ſub dubio *potuit attingere, quæ ab ipſis* ſolùm confusè *dicta fuêre* D; *ſecùs verò aſſerendũ, ſi* ne quidem

Digitized by Google

dem ſub dubio *ea aſſecutus fuiſſe credatur* B: *quamuis etiam tunc haud neceſſariò* quò ad omnia *repetendæ ſint præcedentes Confeßiones, ſed* quò ad ea duntaxat, *quæ* ne ſub dubio quidem *à Confeſſario percepta fuerunt*. E.

A. Suar. Tom. 5. in 3. p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10. ac Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 54. *B*. Bonac. diſp. 5. de Sacrā. q. 5. ſ. 2. p. 3. n. 3. & Megela atq; Diana quos refert, ſequitúrq; Lugo diſp. 16. ſ. 14. n. 572. contra Ioan. Yribarnem in 4. diſt. 17. diſp. 57. ſ. 8. C Lugo diſp. 16. ſect. 15. n. 600. & Dicaſt. diſp. 8. n. 92. atque 93. *D*. Patet ex dictis §. nā ſicuti, qui dicit (decies plus, minúſue blaſphemaui) nō tenetur poſtea ſubijcere clauibus vndecimam, vel duodecimam blaſphemiā certò cognitam, vti communior docet ſententia, ita ſanè neq; in caſu noſtro &c. Imò hinc Card. de Lugo diſp. 16. ſect 14. à n. 579. probat ſententiam aſſerentem peccatum dictum vt dubiū non debere poſtea neceſſariò dici vt certū, quia inde ſequeretur, omnibus pueris, ruſticis &c. qui bonâ fide ſubijciunt clauibus *craßiore modo* ſuas noxas, repetendas eſſe poſtea exhomologeſes ita factas, quod tamen grauiſſimi Doctores non concedunt, vti videre eſt apud modò citatum Authorem n. 577. quare non videntur huiſmodi perſo-

ſonæ cogendæ ad repetendas Confeſſiones pręteritas ita *craſſo modo* factas, pręſertim propter numerum non bene explicatum; quia poſſumus rationabiliter credere, peccatorum numerum ſaltem *ſub dubio* ex circumſtantijs innotuiſſe Confeſſario. *E.* Communiſſima ſententia, vt liquet ex Lug. diſp. 16. ſect. 14. à. n. 577. *F.* Patet ex dictis.

129.

Inualidè *confeſſus poteſt eidem vno verbo ſacramentaliter confiteri dicendo (confiteor omnia, quæ nuper ſacrilegè confeſſus fui) neceſſarium tamen ad hoc eſt, ut confeſsarius peccata in præcedente exhomologeſi dicta,* quantùm ſatis eſt, *memoriâ adhuc retineat* A. II. Per ſe loquendo, *non eſt repetendum peccatũ integrũ quando vel per obliuionẽ, vel juſta de cauſa in alia Confeſſione omiſſa fuiſſet circumſtantia aliqua lethalis; ſed ſatisfacies te in proxima exhomologeſi accuſando de ſola illa circumſtantia antea omiſſa* B. III. *Quando quis in ſacro tribunali ſe accuſauit de aliquo peccato* reſeruato, *à quo Confeſſarius non habet facultatem abſoluendi,* obtentâ licentiâ; *vt ab eo abſoluaris,*

neceſſariò eidem repetendum eſt reſeruatum, *id quod ſi intermittas* irrita eſt abſolutio C: *ſufficit tamen ſi dicas*, (*accuſo me de peccato in minùs legitima Confeſſione antea dicto* D.)

A Lugo diſp. 16. ſect. 15. à n. 597. & Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 48. *B.* Henriq. lib. 5. c. 5. n. 4. Valent. To. 4, diſp. 7. q. 11. p. 1. Sa. Verbo Confeſſio n. 31. & alij, quos refert, ac ſequitur Bonac. diſp. 5. de Sacram. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 3 diſput. 1. 9. *C.* Lugo diſp. 16. ſect. 15. §. 3. & teſte Tamb. lib. 3. c. 2. n. 9. alij omnes. *D.* Iidem, aitque Tamb. id eſſe certum dummodo Confeſſarius *ſufficienter* ſit memor peccati antea dicti.

130.

Confeſſio fine venialiter malo vitiata.

Confeſſio fine venialiter malo *vitiata, nec irritum, nec infructuoſum reddit Sacramentum* A, *ſiue ille finis ſit* principalis, & motiuus B, *ſiue ſit minùs* principalis, & impulſiuus *duntaxat* C. II. *Atque hinc ſit, ex hoc capite non peccare lethaliter, qui bonæ exiſtimationis* ſui *conſeruandæ causâ, Confeſſario ſuo Ordinario* venialia *tantùm, alteri verò priùs* mortalia *cõſitetur* D.

A. Vaſq. q 92. a. 3. dub. 2. Sanch. in ſumma

ma lib 1.c.3.n.1. Henriq.lib.4.c.3.n, 1. Reginald lib. 6.n.149. atq; Hurt. diſput 6. diff.7. *B* Ibidem. C. Dicaſt diſp 8. dub. 4. n.81. & ipſo referente, omnes ferè Theolog. *D*. Idem ibid.n. 89. aliiq; communiter.

Mendacium in Confeſſione.

131.

Quando non adeſt ſufficiens cauſa celādi Confeſſario peccatū aliquod mortale, grauiter *peccatur mentiendo in Confeſſione circa illud, ſi id nunquā aliàs clauibus ſubiectum fuit* A: *ſed etſi hoc ritè fuiſſet iam antea Sacerdoti expoſitum, lethalis culpa eſt mētiri circa illud, quādo Confeſſarius vel ut* Medicus, *vel ut* Iudex *iure ſuo interrogaret tanquā aliquid neceſſarium ad rationē Confeſſionis, quæ tunc ſit cognoſcendū* B. II. *Confiteri aliquod* mortale *aliter, quàm in tua conſcientia ſit (dicendo nempe dubium vt certum, certum ut dubium, non commiſſum vt commiſſum, & nunc cōmiſſum ut iam antea expiatū &c) peccatū lethale eſt, niſi ignorantia, bonáue fides quandoq; excuſent* C. III. *Similiter mortale ſacrilegiū eſt mentiri circa* ue-

nia-

niale, *quando tale mendacium affertur à pœnitente pro materia totali Confeſſionis* D. IV. *Non eſt* mortale *inficiari Confeſſario noxam aliquam lethalem iam aliàs ritè dimiſſam, & non facientem ad Confeſſionem tunc inſtitutam* E. V. *Delinquit* lethaliter, *qui vnum numero peccatum mortale confitetur pro alio numero peccato, vt ſi, qui Petrum interfecit, malâ fide dicat, ſe inter feciſſe Paulum* F.

A. Lugo diſp 16. ſect 2. n. 100. Tamb. lib. 2. c. 10, §. 2. n. 37 *B*, Lugo diſput. 14. ſect. 10. n. 172. & Tamb. n. 38. *C*. Suar. diſput. 22. ſect. 10. Vaſq. q 91. a. 1. dub. 7. Coninck d. 6. dub. 3. Hurt. diſp. 6. diff. 7. & alij paſſim. *D*. Suar. diſp. 22. ſect. 10. n. 6. aliiq; communiter, præter Philippum Fabrum apud Dian. Tom. 3. Tr. 4. reſol. 96. *E*. Tamb. n. 44 *F*. Vaſq. q. 91. a. 1. dub 3. Lugo diſp. 16. ſect. 1. n. 123 atq; Tamb. n. 45.

Confeſſionis cerimonię

132.

Non eſt neceſſarium, ut exhomologeſi præmittatur* Confeſſio generalis A: II. *Accedentes ad confeſſionē habitu, ornatúq; corporis* uenialiter malo, *non repellendi ſunt* B: *repellendi ſunt tamē

niſi

niſi doleant, emendationémque propo- nant, ſi habitus ille, aut ornatus ſit lethaliter malus c. III. *De congruentia ſolùm eſt, vt pœnitens confiteatur aperto capite, flexis genibus, ſine armis, in loco ſacro &c.* D. *quare nullus propterea à Confeſſario reijciendus erit.* IV. *ac poſtremò nullus ſub præcepto datur ritus in modo confitendi, ſed ſolùm, per ſe loquendo, eæ conditiones à pœnitente obſeruandæ, quæ ad veram accuſationem ſui, humiliſque confeſſionis oſtenſionem neceſſariæ ſunt.* E.

A. Suarez. diſp. 18. ſect. 6. n. 2. *B.* Manuale Parock. p. 2. c. 3. n. 4. *C.* Qualis eſt, qui uehementer ad libidinem excitat, aut geſtatur animo libidinoſo. *D.* P. Victoria, Premulus in memoriali Sciendorum à Clericis c. 6. n. 63. idémq; colligitur ex Soario n. 1. *E.* Suarez ibidem.

Capvt IV.

De Abſolutione Sacramentali.

133.

Abſolutionis Sacramẽtalis quidditas.

A*Bſolutio à peccatis eſt intrinſeca* A, *atq; eſſentialis* B *Sacramẽti Pœnitẽtiæ Pars, illiúſq;* Forma c. II. *Ab ea multa*

& hæc quoque in Iure habet aliquos effectus His poſitis *ad ſupra poſitam difficultatem dicendum videtur* Decretũ Clementis VIII. *loqui de* confeſſione Iudiciali, *per quam in actu ſecundo à pœnitente manifeſtatur aliquod ſuum delictum; cum enim Decretum illius ſit* odioſum,& reſtrictiuum, *præſumendus eſt locutus fuiſſe* in rigoroſa ſignificatione: *Concilia verò, aliiq; Pontifices præſumendi ſunt loqui de Confeßione* extraiudiciali, *ſiue lato modo ſumpta; etenim cùm ſint* fauorabilia *ex receptißimis principijs intelligi debent* in lata ſignificatione *Adde quòd nec Concilia, nec Pontifices vnquã dicant Confeßionem* fieri abſenti, *ſed ſolùm* deſiderium confitendi abſente Sacerdote exterius manifeſtari, *quod deſiderium quamuis lato quodã modo ſit* Confeſſio; *noluerunt tamen illud* Confeſſionem *appellare. Quare nulla ratione Decreta Pontificum ſunt inter ſe contraria, ſed poſitâ debitâ explicatione optimè inter ſe conciliantur. Certè* Clemen-

mentem *nomine* Confeſſionis *non intelligere deſiderium confitendi manifeſtatum in abſentia Confeſſarij patet, cùm expreſſè dicat* in nullo caſu licere Confeſſionem in abſentia Cōfeſſarij: *certum autem eſt licere in abſentia Confeſſarij manifeſtare hoc deſiderium in ordine ad obtinendam Abſolutionē* F.

A Inter Bullas Clementis VIII. 87. *B.* A Lugone relatis diſp 17. ſect 4. *C* Eſt cōtra Soarium, & nonnullos alios, quorum tamen interpretationem Paulus V. 14. Iulij anno 1605. in Congreg. S. Officij declarauit non ſubſiſtere. *D.* Ita communiter Recentiores contra Vaſquium, pluréſque alios, & meritò, quia ex hac ſententia ſequeretur, non eſſe abſoluendum ægrotū, ſi Confeſſarius aduocaretur ab aliquo, qui vidiſſet in moribundo ſigna *pœnitentiæ*, ſi deinde is non ſit præſens, quando Confeſſarius peruenit ad ægrotum. *E.* Videatur Lugo ſect. cit. à num. 71 *F.* Ita ferè Petrus Lomb. Archiep. Armacanus, qui literis datis ad P. Coninck teſtatur, ſe hāc ſententiam propoſuiſſe Clementi VIII. & ab eo fuiſſe approbatam.

127.

Confeſſionis repetitio.

Multis in caſibus Confeſſio repetenda eſt, *vt.* I°. *quando facta eſt ſine mor-*

taliter malo A. II°, *quando* mortaliter *in ea tacetur aliquod lethale* B. III°. *propter mendacium* mortale, *& quodcunq; aliud* lethale *in ea commiſſum* C. IV°. *ob defectum deteſtationis dolorisq; debiti* D. V°. *ex defectu propoſiti requiſiti* E. VI°. *ratione non obtentæ* Abſolutionis F. VII°. *propter defectum* intentionis *recipiendi, impertiendiue ſacram abſolutionem* G. VIII°. *quando in Confeſſario deficit* Iuriſdictio H; *aut ea propter* excommunicationem *fuit impedita* I. IX°. *quando facta eſt Sacerdoti dormienti* K, *vel ita dormitanti, aut ita diſtracto, aut adeò ignoranti idioma pœnitentis, vt neque ad* ſpecificam, *neq; ad* generaliſſimam *peccati in Confeſſione dicti* malitiam *aduerterit* L; *tunc enim haud dubiè* peccata mortalia *tali Confeſſario dicta, vbi id aduerterit pœnitens, rurſus repetenda erunt*. X°. *ratione* excommunicationis non ablatæ *à pœnitente ſi ea fortè irretitus tenebatur* M. XI°. *quando Confeſſarius ante Abſolutionem* omni-

ne

no *oblitus eſt Confeſſionis ſtatúſq; pœnitentis, ita ſcilicet, vt ne* in confuſo quidem *illius* ſufficienter *recordetur ad* prudenter, *confitenti imponendam pœnitentiam* N. XII° *repetenda quoque eſt euētu, quo Sacerdos adeo ſit indoctus, vt*, ne quidem ſub dubio probabili *cognoſcat, num aliqua Abſolutionis materia* hîc & nūc *ſit clauibus ſubiecta* O? *An autem etiam repetenda ſit Confeſſio*, ſaltem quantùm ad ſpecies, numerū, atq; circumſtantias mutantes ſpecies, quæ à Confeſſario indocto cognoſci deberent, *haud leuis difficultas eſt, in qua quia non admodum vrgent fundamenta aſſerentium* P, huiuſmodi exhomologeſes repetendas eſſe, quo ad ea, quæ à tali Confeſſario culpabiliter ignorantur, *in partem mitiorem magis propendemus* Q.

A. Certa notáq; doctrina. *B.* Aſſertio communiſſima contra Paludanum, & nō-nullos alios apud Dicaſt. diſp. 9. dub. 3. *C.* Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 46. *D.* Lugo diſp. 16. ſect. 15. n. 597. ac Tamb. loc. cit. *E.* Iidē. *F.* Indubitatum dogma. *G.* Doctores paſſim.

ſim. *H* Videatur Lugo n. 58. *I* Poſt Concil. Conſtantienſe tantùm in duobus caſibus ratione Excõmunicationis impeditur Confeſſarij *Iuriſdictio*, nempe *per nominatam denuntiationem*, & propter Clerici publicam percuſſionẽ, vt videre eſt apud Tamb, n. 50. & alios. *K*. Lugo n. 605. *L*. Tamb. n. 51. & 53. aliíq; quos ſequitur Dicaſt diſp. 8 dub. 4. n 95. *M* Vt fit quando malâ fide pænitens à Confeſſario extorquet Abſolutionẽ de quo videantur Suar. To 5 in. 3 p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10 atque Coninck diſp. 4. de Excom. dub. 19. n. 107 & de Pœnit. diſp. 12. dub. 1. n. 97. *N*. Lugo d. 16. ſect. 15. §. 3. aliíque paſſim. Hurt. tamen diſp. 8. diff. 8. exiſtimat in hoc caſu non eſſe neceſſariò diſtinctè iterandam Confeſſionem, ſed ſufficere confeſſionem aliquam *mediam ac confuſam* peccatorum antea *diſtinctè explicatorum*, quę ſufficiat ad taxandam pœnitentiam, ad quem ſolùm finem exiſtimat tunc requiri confeſſionẽ nouam de eiſdem peccatis. *O*. Suar. diſp. 28. ſect. 2. necnon Tamb. n. 51. *P*. nempe Richard. in. 4 diſt. 17. a. 2 q 8. Victoriæ de Confeſſione n. 168 Vaſq q. 93. a. 3. dub. 2. Turr. diſp. 25. dub. 2, Ochagauiæ q. 38. *Q*. Cũ Soario diſp. 22. ſect. 6. Lug. diſp 16 n. 602, & ſeq. atq; Dicaſt. d. 10. dub. 12. n. 350.

128.

Præterea haud eſt neceſſario Confeſ-

ſio

ſio repetenda I°. *quando pœnitens* bona fide *fuit abſolutus non ablatâ priùs* excommunicatione, *quâ irretitus tenebatur* A. *Nec* II° *eſt repetenda, quando pœnitens errauit in numero, (dicēdo plures actus, quàm reuera erant) ita tamen,* vt in ipſo errore non peccauerit grauiter; *imò neq; tenetur in tali caſu corrigere illum errorem* B. *Nec* III° *eſt repetenda, quando vel ex negligentia, vel ex obliuione omiſſa fuit* Satisfactio ſacramentalis C. *Vtrùm verò ad huiuſmodi repetitionem cogendi ſint* ruſtici, pueri, aliiq; huiuſmodi imperiti pœnitentes, *qui bonâ fide non explicatis ſpeciebus, circumſtantiis, ac numero peccatorum lethalium Confeſſiones ſuas peregerunt, haud ita facile deciſu eſt. Probabilius tamen videtur eos non eſſe cogendos ad repetendas huiuſmodi exhomologeſes, ſi eorū Confeſſarius* ex circumſtantiis, ſtatúq; pœnitentis, *ſaltem* ſub dubio *potuit attingere, quæ ab ipſis* ſolùm confusè *dicta fuêre* D; *ſecùs verò aſſerendū, ſi* ne quidem

dem ſub dubio *ea aſſecutus fuiſſe credatur* B: *quamuis etiam tunc haud neceſſariò* quò ad omnia *repetendæ ſint præcedentes Confeßiones, ſed* quò ad ea duntaxat, *quæ* ne ſub dubio quidem *à Confeſſario percepta fuerunt*. F.

A. Suar. Tom. 5. in 3. p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10. ac Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 54. *B*. Bonac. diſp. 5. de Sacrā. q. 5. ſ. 2. p. 3. n. 3. & Megela atq; Diana quos refert, ſequitúrq; Lugo diſp. 16. ſ. 14. n. 572. contra Ioan. Yribarnem in 4. diſt. 17. diſp. 57. ſ. 8. C Lugo diſp. 16. ſect. 15. n. 600. & Dicaſt. diſp. 8. n. 92. atque 93. *D*. Patet ex dictis §. nā ſicuti, qui dicit (decies plus, minúſue blaſphemaui) nō tenetur poſtea ſubijcere clauibus vndecimam, vel duodecimam blaſphemiā certò cognitam, vti communior docet ſententia, ita ſanè neq; in caſu noſtro &c. Imò hinc Card. de Lugo diſp. 16. ſect. 14. à n. 579. probat ſententiam aſſerentem peccatum dictum vt dubiū non debere poſtea neceſſariò dici vt certū, quia inde ſequeretur, omnibus pueris, ruſticis &c; qui bonâ fide ſubijciunt clauibus *craßiore modo* ſuas noxas, repetendas eſſe poſtea exhomologeſes ita factas, quod tamen grauiſſimi Doctores non concedunt, vti videre eſt apud modò citatum Authorem n. 577. quare non videntur huiſmodi perſo-

ſonæ cogendæ ad repetendas Confeſſiones prętęritas ita *craſſo modo* factas, prę ſertim propter numerum non bene explicatum; quia poſſumus rationabiliter credere, peccatorum numerum ſaltem *ſub dubio* ex circumſtantijs innotuiſſe Confeſſario. *E*. Communiſſima ſententia, vt liquet ex Lug. diſp. 16. ſect. 14. à n. 577. *F*. Patet ex dictis.

129.

Inualidè *confeſſus poteſt eidem vno verbo ſacramentaliter confiteri dicendo (confiteor omnia, quæ nuper ſacrilegè confeſſus fui) neceſſarium tamen ad hoc eſt, ut confeſsarius peccata in præcedente exhomologeſi dicta,* quantùm ſatis eſt, *memoriâ adhuc retineat* A. II. Per ſe loquendo, *non eſt repetendum peccatū integrū quando vel per obliuionē, vel juſta de cauſa in alia Confeſſione omiſſa fuiſſet circumſtantia aliqua lethalis; ſed ſatisfacies te in proxima exhomologeſi accuſando de ſola illa circumſtantia antea omiſſa* B. III. *Quando quis in ſacro tribunali ſe accuſauit de aliquo peccato* reſeruato, *à quo Confeſſarius non habet facultatem abſoluendi,* obtentâ licentiâ, *vt ab eo abſoluaris,*

neceſſariò eidem repetendum eſt reſeruatum, *id quod ſi intermittas* irrita eſt abſolutio C: *ſufficit tamen ſi dicas,* (*accuſo me de peccato in minùs legitima Confeſſione antea dicto* D.)

A Lugo diſp. 16. ſect. 15. à n. 597. & Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 48. *B.* Henriq. lib. 5. c. 5. n. 4. Valent. To. 4, diſp. 7. q. 11. p. 1. Sa. Verbo Confeſſio n. 31. & alij, quos refert, ac ſequitur Bonac. diſp. 5. de Sacram. q. 5. ſect. 2. p. 2. §. 3 diſput. 1. 9. *C.* Lugo diſp. 16. ſect. 15. §. 3. & teſte Tamb. lib. 3. c. 2. n. 9. alij omnes. *D.* Iidem, aitque Tamb. id eſſe certum dummodo Confeſſarius *ſufficienter* ſit memor peccati antea dicti.

130.

Confeſſio fine venialiter malo vitiata.

Confeſſio fine venialiter malo *vitiata, nec irritum, nec infructuoſum reddit Sacramentum* A, *ſiue ille finis ſit* principalis, & motiuus B, *ſiue ſit minùs* principalis, & impulſiuus *duntaxat* C. II. *Atque hinc fit, ex hoc capite non peccare lethaliter, qui bonæ exiſtimationis* ſui *conſeruandæ causâ, Confeſſario ſuo Ordinario* venialia *tantùm, alteri verò priùs* mortalia *cõfitetur* D.

A. Vaſq. q 92. a. 3. dub. 2. Sanch. in ſumma

ma lib 1.c.3.n.1.Henriq.lib.4.c.3.n, 1. Reginald lib. 6.n.149. atq; Hurt. diſput 6. diff.7. *B* Ibidem. *C*.Dicaſt diſp 8. dub. 4. n.81. & ipſo referente, omnes ferè Theolog. *D*.Idem ibid.n. 89. aliiq; communiter.

I 31. — Mendacium in Confeſſione.

Quando non adeſt ſufficiens cauſa celādi Confeſſario peccatū aliquod mortale, grauiter *peccatur mentiendo in Confeſſione circa illud, ſi id nunquā aliàs clauibus ſubiectum fuit* A: *ſed etſi hoc ritè fuiſſet iam antea Sacerdoti expoſitum, lethalis culpa eſt mētiri circa illud, quādo Confeſſarius vel ut* Medicus, *vel ut* Iudex *iure ſuo interrogaret tanquā aliquid neceſſarium ad rationē Confeſſionis, quæ tunc ſit cognoſcendū* B. II. *Confiteri aliquod* mortale *aliter, quàm in tua conſcientia ſit (dicendo nempe dubium vt certum, certum ut dubium, non commiſſum vt commiſſum, & nunc cōmiſſum ut iam antea expiatū &c) peccatū lethale eſt, niſi ignorantia, bonáue fides quandoq; excuſent* C. III. *Similiter mortale ſacrilegiū eſt mentiri circa* ue-

nia-

niſi doleant, emendationémque propo-nant, ſi habitus ille, aut ornatus ſit le-thaliter malus C. III. *De congruentia ſolùm eſt, vt pœnitens confiteatur aper-to capite, flexis genibus, ſine armis, in lo-co ſacro &c.* D. *quare nullus propterea à Confeſſario reijciendus erit.* IV. *ac po-ſtremò nullus ſub præcepto datur ritus in modo confitendi, ſed ſolùm, per ſe lo-quendo, eæ conditiones à pœnitente ob-ſeruandæ, quæ ad veram accuſationem ſui, humiliſque confeſſionis oſtenſionem neceſſariæ ſunt.* E.

A. Suarez. diſp. 18. ſect. 6. n. 2. *B.* Manuale Parock. p. 2. c. 3. n. 4. *C.* Qualis eſt, qui uehementer ad libidinem excitat, aut geſtatur animo libidinoſo. *D.* P. Victoria, Premulus in memoriali Sciendorum à Clericis c 6. n. 63. idémq; colligitur ex Soario n. 1. *E.* Suarez ibidem.

CAPVT IV.
De Abſolutione Sacramentali.

133.

ABſolutio à peccatis eſt intrinſeca A, atq; eſſentialis B Sacramēti Pœnitē-tiæ Pars, illiúsq; Forma C. II. *Ab ea mul-* **Abſolutionis Sacramētalis quidditas.**

ta

ta eſſentialiter connotantur, quæ nequaquã eius partes eſſe queunt. D. III. *Vt valida ſit,* iudicalis oratio *eſſe debet* E; *proindéq; non* deprecatorio F, *ſed* aſſertorio, *vel* imperatiuo modo. *proferẽda* G. IV. *Verbis humanis propriè dictis exprimenda eſt, non ſolâ mente, nutu, aut ſcripto danda.* H.

A. Colligitur ex C.C. Flor. Trid. Colon. & Moguntino relatis à Lug. diſp. 12. ſect. 2. n. 7 *B* Commun. DD. apud Suar. diſp. 18 ſect. 2. *C* Concil. Florent. & Tridẽt. ſuprà cit *D.* Vt peccata, conſecratio, & Iuriſdictio Sacerdotis, &c E. Hurtad. diſp 5. diff. 3, *F.* D. Thom. opuſc. 22. & hîc q. 84. n. 3. aliiq; quos referũt, ac ſequũtur Vaſq. q. 84. a. 3. dub. 3. & Lugo diſp. 13, ſect 4. n. 92. *G.* Hurt. loc. ſupra cit. *H.* Communis, certáq; Theologorum ſententia apud Eminentiſſimum Lugonem diſp. 13. ſ. ct.

134.

Verbæ ad eam neceſſaria.

Forma Abſolutionis Sacramentalis his verbis continetur Ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen A. II. *De ea tantùm illa duo verba* Te abſoluo *ſunt de illius eſſentia* B. *Pronomen* Ego, ac

ac particulæ à peccatis tuis, *apponuntur illi ex Eccleſiæ præcepto* C. *Reliqua verò additamenta, vti & preces illæ, quæ formæ huic à Sacerdote præmittuntur, ac ſubijcũtur ex laudabili ſolùm conſuetudine adiunguntur* D; *quare, licet hæc absque omni peccato omitti queant, ſine cauſa tamen intermittenda non ſunt.*

A. Rituale Pauli V, & Theologi paſſim. *B*. Cathech. Rom. de Sacram. Pœnit. n. 15. & P. Premulus, c. 1. n. 5. dicens hanc eſſe communiorẽ Sententiam. C. Premulus n. 6. contra Sotum, & Viualdum aſſerentes earum omiſſionẽ neq; eſſe venialẽ, ſi abſit contemptus. *D*. Idem. n. 8. fauétq; Lugo diſp. 13. ſect. 1. n. 9. ac patet ex Trid. ſeſſ. 14. c. 3.

135.

Verba illa Te abſoluo *ita sũt de eſſentia Abſolutionis, vt tamen ad valorẽ Sacramẽti ſufficiant quoq; eis æquiualẽtia, cuiusmodi ſunt hæ, ſimiléſue formulæ* Remitto ſibi peccata; Impendo tibi Sacramentũ Abſolutionis; Iubeo te abſolui; Placet te abſoluere; Abſolueris, vel Abſoluaris à me, Remittãtur tibi peccata; Ego veſtram Dominationẽ abſoluo; Nos (*Epiſcopus*) te

te abſoluimus&c. A. II·*quanquã autẽ omnes hæ formulæ, uti modò dictũ, ualidæ ſint, ob* Eccleſiæ *tamẽ in contrarium, præceptum, abſque ſacrilegio, extra neceſſitatis caſum vſurpari non poſſunt* B.

A. Vaſq q. 84. a. 3. dub. 3. n. 12. Suar. diſp. 19. ſect. 1. Hurt. diſp. 5. diff. 3. & Lugo diſp. 13. ſect. 1. *B.* Vaſq. ac Suar. ibidem; & quidem ex communiore ſententia eſt ſacrilegium mortale, licet Sotus apud Vaſq. putet eſſe tantùm veniale ex genere ſuo. mortale autem ratione Scandali.

Senſus Verborũ Abſolutionis Sacramẽtalis.

136.

Prædicta verba in propria, *nõ autẽ* in impropria ſignificatione *explicãda ſunt.* II. *Eorũ ſenſus nõ eſt merè humanus* C; *ſed ex humana, & Diuina ſignificatione compoſitus* D: *& ratione quidẽ ſi*gnificationis humanę *denotat primariò remiſſionẽ peccatorũ nõ determinãdo motũ, quo hæc remiſſio fiat* E: *ratione verò* ſignificationis Diuinę (*humanæ, in inſtitutione Sacramẽti Pœnitentiæ, à Chriſto ſuperadditæ*) *deſignat* gratiã peccati remiſſiuam F. *Aliorum* G *ergo explicationibus* (*quantũ contra nos faciunt*)

unt) reiectis clar⁹, expedit⁹, & planè genuin⁹ sẽſus Abſolutionis Sacramẽtalis eſt; Ego quantùm eſt ex me, remitto tibi peccata tua per gratiã, eorũ remiſſiuã.

A. Comm. ſententia, quam ſupponit Lugo diſp. 13. ſect. 3. n. 61. & alij paſſim. *B.* Prout exiſtimat Abulenſis 1. p. ſui Defenſorij c. 5 & 6 *C* Vti multi opinantur. *D.* In confeſſo enim eſt apud omnes Theolog. Sacramenta, eorúmq; formas ex Inſtitutione Chriſti Domini eſſe ſigna, & ſymbola gratiæ Sacramentalis Sacramento ſuſcepto proportionatæ. *E.* Patet manifeſtè ex ipſamet communi vocabulorum ſignificatione. *F* Liquet itidem apertè ex dictis litt. d. *G.* Nempe Medinæ, Coninck, Laym, Palai, Soarij, Hurt. Lug. & aliorũ apud citatos.

137.

Forma abſolutionis Sacramentalis non ſpeculatiuè, *ſed* practicè *ſignificat remiſsionem peccatorum; & quidem comparatione ad certas ſuas compartes* magis principaliter; *non tamẽ in ſola verùm etiam ſuo modo in reliquis omnibus Sacramẽti partib⁹ reſidet virt⁹ Sacrmẽtalis remiſsiua peccati* A · II. *Forma Sacramẽti hui⁹ habet õnes effect⁹, quos* Cõtritio, *hoc tamẽ cũ diſcrimine, quod hæc* Modus quo prędicta Forma ſignificat remiſsionẽ peccatorũ.

ouo-

Digitized by Google

omnia prorſus peccata à pœnitente cō-miſſa reſpicere poſſit; illa verò nō niſi ea, quæ vel in inſtanti Baptiſmi, vel poſt patrata ſūt B. III. *Vim habet remittēdi peccata non modò antea nunquam* C, *aſt etiam iam per contritionem, vel per exhomologeſes præcedētes dimiſſa* D. IV. *Non tollit noxas ante infuſionē* E, *at per infuſionem gratiæ* F. V. *Ad effectus Sacramenti huius, per ſe loquendo, concurrūt duntaxat verba illa,* Ego te abſoluo G, *non autem inuocatio ſacroſanctæ Trinitatis* H, *vti neque particulæ illæ* à peccatis tuis I. VI. *Denique per Abſolutiones diuerſas abſolutè diuerſum fit Sacramentum caſu quo quis eodem tempore ſimul confiteretur pluribus* K.

*A*ſſertio comm. *B.* Eſt itidem paſſim recepta. *C.* Indubitata hodie ſententia. *D.* Comm. Fidelium ſenſus, cui non obſtat, peccata iam ſupponi remiſſa; quia quandocunq; nō ponitur *perfecta, & rigoroſa æqualitas*, ſed tantū *æquipollens* ſemper poteſt intendi alia, & alia æqualitas, ad ſatisfactio; & ſic beati, vt optimè D. Thom ex motiuo ſatisfaciendi quantùm poſſunt, agunt continuò Deo nouas nouáſq; gra-

tias pro noxis dimiſſis, beneficiíſque acceptis. Cùm ergo ille, cui per Contritionem, aut præcedentem aliam confeſſionem remiſſum eſt peccatum, nunquam poſuerit perfectam, rigoroſámq; æqualitatem (vt cum communiſſima ſententia ſuppono) cur nequeat iterum, iterúmq; *abſolui*, ſeu acquirere nouū titulū remiſſionis aduerſus inæqualitatem illam, quę ſolùm per *æquipollentem ſatisfactionem* ſublata eſt; maximè cùm Deus rurſus remittendo peccatum præteritum, nouam aliquam eliciat vtilitatē ex antiquo illo peccatoris debito? Secus eſſet, ſi à pœnitente per primam contritionem, & confeſſionem *vera, perfectáq; æqualitas* reſpectu Dei offenſi poneretur; tunc enim ceſſaret totum *motiuum* petendi iterum cōdonationem peccati, totáque ſignificatio *Abſolutionis*, vnde hoc caſu non minùs ridiculus eſſet qui poſceret à Confeſſario condonationem criminis, pro quo ex rigore Iuſtitiæ ſatisfeciſſet, quàm, qui à Præſide peteret remiſſionē criminis, pro quo de rigore iuſtitiæ *ad perfectam æqualitatem* iā luit ſicut etiam ridiculæ ſimiliter eſſent talibus in caſibus iteratæ criminum condonationes, ac remiſſiones. Contrà verò nequaquam ridiculus eſt ille, qui cum ſemel obtinuerit *remiſſionem criminis* à Principe, aut *debiti condonationem* à Creditore,

peti

petit iterum nouem ab eis remiſſionem certè nihil frequentius apud homines, quàm dicere (iterum tibi condono, iterū tibi remitto, *hoc eſt*, nouū tibi titulū do ad hoc, vt non tenearis facere aut pati id, quod tēebaris facere, aut pati in meā vtilitatē, vel obſequium, & nondum feciſti, necdū paſſus es). *E.* Lugo d. 7. ſect. 9. à n. 159. *F.* Idē ibid. *G.* Idem d. 13. ſect. 1. §. 3, à n. 28. *H.* Ibid. n. 38. *I.* Loco cit. n. 34. contra Vaſq. q. 84. dub. 4. n. 4. Henriq. lib. 4. de Pœnit. cap. 11. n. 3. & alios plures *K.* Lugo d. 13. ſect. 7.

138.

Veritas huius Formæ

Abſolutionis Sacramentalis Forma ſēper eſt vera, *etiam quādo pœnitenti vel per contritionem, vel per præcedentem confeſſionē condonata iam ſunt peccata* A; *imò ei, vtpote* Dei locutioni, *repugnat ſimpliciter ſubeſſe falſitatē* B; *ac proinde quando à ſacerdote abſoluitur pœnitens* inſufficiēter diſpoſitus, *Deus tunc nō loquitur per Miniſtrum ſuū, etiamſi hic dicat Deum loqui per os ipſius* C. II. *Hæc Forma eſt vera* formaliter *nō ſolū* pro poſteriori, *ſed etiā* pro priori ſigno naturæ, *in quo cauſat remiſſionem peccati, quam proinde cauſat nō tantùm vt*

radicaliter, *aſt etiam* vt Formaliter *vera eſt* D.

A. Sententia communiſſ. patétque ex dictis §. prçcedente. *B.* Pallauicinus lib. 6. Aſſert. Theol. cap. 10. n. 118. *C.* Idē ibidem. *D.* Antiquiores paſſim contra Neotericos.

139.

Abſolutio Conditionalis.

In Abſolutione Sacramentali nunquam vſurpanda Forma conditionalis *niſi in dubio rationabili, vel ſuſpicione prudēti, dę eſſentialis alicuius cōditionis defectu* A. *quare tribus tantùm in caſibus* conditio *Formæ huic apponenda eſt, nēpe* primò *cùm Confeſſarius ambigit, an pœnitentē abſoluerit.* ſecūdò *cùm animi pendet, num ea, quæ à pœnitente in exhomologeſi afferuntur, ſint peccata.* tertiò *cùm diſcernere nequit, utrùm pœnitens rationis uſum habeat* B. II. *Ratio autē cur in caſibus modò dictis Abſolutioni addi debeat* conditio, *nō eſt, ne locutio Diuina fiat fortè falſa; ſed quia reuerentia erga Deum exigit, ne aſſeramus, nos eſſe Miniſtros Dei, eiúsq; perſonam nos genere, quando incertum moraliter eſt, vtrùm talem ab eo poteſta-*

Digitized by Google

tem habeamus, qualem vtiq; non habemus; quando conditio aliqua eſſentialis deficit C. III. Cõditio de futuro (*vt ſi dicas*, Ego te abſoluo, ſi reſtitueris rem ablatam) *irritam reddit Abſolutionem* D. IV. *Non qualibet* conditiones de præterito, ac de præſenti *validè apponuntur Abſolutioni; ſed ſolùm illæ, quarum determinatio independens eſt tum ab ipſa Abſolutione, tum ab aliquo, quod ſit poſterius naturâ, tali Abſolutione. Hinc ſuppoſitâ communi hodie ſententià de prædeſtinatione facta dependenter à* Scientia Media, *non eſt valida Abſolutio data ſub his conditionibus* Si Deus reuelauit alicui Beatorum, te eſſe prædeſtinatum &c. Et ſi es prædeſtinatus, te abſoluo *&c. niſi ponamus huiusmodi fortè conditiones verificari cum omnimoda independentia à validitate Sacramenti Pœnitentiæ; vt ſi Deus decreuiſſet, & reuelâſſet, ſe velle ſaluare hunc hominem, etiamſi hîc & nunc validè non abſolueretur* E. V. *Quando dubitas de aliqua conditione,*

ne, non licet ſtatim vti formâ conditionatâ; *ſed priùs diſpiciendum, vtrùm non poſſis dubium deponere, & tunc illud haud dubiè deponendum, abſoluendúsq; pœnitens* ſine cõditione F. VI. *Neceſſitate exigente, vt* conditionatè *abſoluatur pœnitẽs, ne hic turbetur, aut ſcandalizetur, conſultius plerumq; eſt, vt* conditio *verbis nõ exprimatur, ſed mente tantùm ſubintelligatur* G.

A. Lugo diſp. 17. ſect. 5. §. 4. n. 90. Tãb. lib. 2. cap. 10. §. 1. n. 8. atq; Pallau. lib. 6. Aſſert. Theol. cap. 10. n. 117. & 118 *B.* P. Premulus cap. 1. n. 12. & Hurt. diſp. 5. diff. 5. *C.* Pallaui c. ſuprà n. 118. *D.* Vaſq. q. 84. a 3. dub. 4. Suar. To. 3. in 3. p. diſp. 13. ſect. 3. Coninck q. 64. a. 8. dub. 2. n. 61. & referente Lug. diſp. 13. ſect. 5. n. 109. omnes Theol. communiter. *E.* Pallau. ſuprà. *F.* Aſſertio apud Theol. indubitata. *G.* Vaſq. q. 91. a. 2. dub. 1. n. 39. Palaus Tr. 23. diſp. vnicâ. p. 11. num. 13. & alij.

140.

Abſolutio à peccatis pluribus modis eſt irrita atq; inualida, *ut* I°. *Si ante* formaliter integrã peccatorũ lethaliũ cõfeſſioné *pronuntietur* A. II°. *Si ani-* Caſus, in quibus, abſolutio irrita, & inualida eſt.

mo nō abſoluendi proferatur B. III°. *Si ab alio, quàm à Sacerdote legitimam in pœnitentem Iuriſdictionem habente impertiatur* C. IV°. *Si detur à Confeſſario nihil intelligētiâ aſſecuto eorū, quæ à pœnitēte in ſacro tribunali dicta sūt* D. V°. *Si pronūtietur in abſentē* E. *Secùs dicēdū ſi impertiatur* recedenti à cōfeſſionali, *dummodo adhuc* moraliter *præſens ſit Cōfeſſario; neq; vllo modo neceſſariū, vt de hoc admoneatur pœnitens.* F.

A. Certa Theol. Sententia. *B.* Communis DD. ſenſus. *C.* Doctrina apud Catholicos indubitata. *D.* Authores paſſim. *E.* Ita declarauit Clemens VIII. apud Coninck. diſp. 7. dub. 10. vnde (vti videre eſt apud Lug. diſp. 22. ſect. 3. n. 51.) contraria ſententia iam ab omnibus reijcitur. *F.* Lugo diſp. 22 ſect. 3. n 53. & Manuale Parochorum P. 2. cap. 3. ſect. 1. n. 19. contra Suarem. diſp. 32. ſect. 6. & Vaſq. q. 93. a. 3. dub. 8. num. 6.

De eadē Forma vt à pluribꝰ Sacerdotibus ſimul probata.

141.

Euentu, quo v. g. in naufragio, incēdio, articulo mortis, &c. præſentibus pluribus Sacerdotibus aliquis confiteretur ſua peccata, & à duobus, pluribúſue ſimul

ab,

abſolueretur, valida eſſet Abſolutio A. II. *Tali in caſu probabiliùs ſinguli* vt cauſę totales *concurrerent ad cōficiendū Sacramentum; non tamen plura tunc conficerentur Sacramenta, niſi pœnitens intenderet ad plures confeſſarios, vt ad plures Iudices diuiſibiliter recurrere* C, *quod per errorem poſſe fieri haud repugnat* D, *& tūc plus gratiæ conferretur pœnitenti, quàm ſi ab uno ſolo abſolueretur* E. III. *Quando plures abſoluunt ita, vt ſinguli cōcurrāt in genere cauſæ totalis, non poſſunt dicere* Nos te abſoluimus *&c; ſed à quolibet dicēdū,* Ego te abſoluo &c. F. IV. *Caſu quo plures concurrant ad abſoluendū* **aliquē pœnitentem**, *ſi quis ex eis abſolutionis verba proferret cum intentione nō conficiendi Sacramentum* niſi partialiter cum alio *iuxta ueriorem, communioremq; opinionem validè non abſolueret* G; *ſicut etiā nulla eſſet Abſolutio, ſi duo ſimul pronuntiarent Formam Abſolutionis cum intentione abſoluendi,* ſi alter nō abſoluit H.

A. Lugo diſp. 13, ſect. 7. n. 160, vbi quoq;

 ait

ait non videri hâc de re dubiū. *B* Ibidē. *C.* Idem. n. 164. *D.* ſect. cit. n. 160. *E.* Idem. n. 166. *F.* Vaſq. q. 91. a. 4. dub. 1. n. 8. Lugo cit. n. 176. & ſeq. Conſentítq; Coninck q. 67. a. 6. dub. 1. n. 413. ac fauet quoq; D. Thom. q. 67. a. 6. *G.* Lugo ſuprà n. 185, & ſeq. *H.* Ibidem 191.

De Abſolutione ab Excōmunicatione *Abſolutioni Sacramentali* præmittenda.

142.

De neceſſitate præcepti grauiter obligantis, Abſolutioni à peccatis præmittēda eſt Abſolutio ab Excōmunicatione, *quando eâ innodatus eſt pœnitens* A; *Si tamen ſecùs accidat, Abſolutio à peccatis data, & à pœnitente bonâ fide ſuſcepta tenet* B; *ſolúmq; procuranda erit poſtea* Abſolutio ab Excommunicatione, *caſu quo Confeſſarius non habuiſſet poteſtatem ab ea abſoluendi* C. II. *Quando à Sacerdote habente poteſtatē tollēdi* excommunicationem, *quâ irretitus teneris, vnà cum Abſolutione Sacramētali proferuntur etiam verba illa, aut ſimilia,* Abſoluo ab omni vinculo excommunicationis, in quantum poſſum, & indiges, *ſi non malâ fide, ſed ex obliuione* mortaliter inculpabili, *de illa te accuſare omiſiſti, abſolutus es ab*

ex-

excommunicatione, licet ea ipſimet Sũmo Pontifici reſeruata fuiſſet: unde illius recordatus nullâ aliâ reſpectu illius abſolutione *indigebis* C. III. *Similiter, ſi Sacerdos abſoluere potens* à cẽſuris, *in quas incidiſti, abſoluat te in foro Sacramentali utendo breui illâ formâ* Abſoluo te à peccatis tuis *&c, ex veriori ſententia abſolutus quoq; es ab excommunicatione, quam vel ex obliuione, vel iuſta ex cauſa in exhomologeſi manifeſtare omiſiſti* E.

A. Theologi commun. *B. P.* Prem. cap. 1. n. 7. Suarez. To. 5. in 3. p. diſp. 19. ſect. 3. n. 10. & Tamb. lib. 2. c. 10. §. 5. n. 54. videríq; poſſunt Nauar. c. 9. n. 4. atq; Caiet. *V. Abſolutionis impedimenta. C.* Supponitur paſſim. *D.* Coninck d. 2. dub. 12. & Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. E. Suar. de cenſ. d. 10. ſect. 2. §. *in quo ceſſat.* ac Tamb. ſuprà,

143.

Abſolutio à Suſpenſione, *ac* Interdicto A, *&* Diſpenſatio ab Irregularitate B, *tam ante, quàm poſt Abſolutionem Sacramentalẽ pro arbitratu abſoluere potentis impertiri poteſt; & quidem etiam ab illis, qui huiusmodi abſoluendi fa-*

Quãdo nã in foro Pœnitentię dãda ſit abſolutio à Suſpenſione, ac Interdicto & *diſpẽſatio* in Irregularitate.

facultate vti nequeunt, niſi auditis diligenter pænitentiũ confeſſionib⁹ c. II. *Quando Trid. ſeſſ. 24. cap 6. in nonnullis caſibus occultis, Epiſcopo dat facultatem abſoluendi* in foro conſciẽtiæ à ſuſpenſionibus *ſuos ſubditos diſpenſandique cum eis in Irregularitatibus*, per forum conſcientiæ *probabiliùs intelligit* forum Sacramenti D, *& non ſolùm* (*vti nonnulli* E *arbitrantur*) quòd Abſolutio & Diſpenſatio non proſit pro foro externo ſi contingat caſum in iudicium deduci.

A Doctores cõmuniter, & colligitur ex P. Buſenbaum lib. 7. c. 1. d. 6. *B* Tann. To. 4, diſp. 6. q. 9. dub. 1. n. 3. *C*. Ita à fortiore dicere tenẽtur omnes illi, quos refert, & quitur. P. Buſenbaum loco paulò antè adducto. *D*. Nicol. Garc. de benef. p. 11. ſecap. 10. n. 139. dicens id ſæpius à ſacra Cõgregatione deciſum; eiq; ſubſcribunt Aloyſius Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 445. n. 8, atq; Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 39. n. 8. & in Trid. ſeſſ. 24. c. 6. n. 47. *E*. Nauar. conſil. 11. n. 2 de Priuileg. Rodriq. quæſt. regular. To. 1. q. 20. a. 7. & q. 61. a. 10. Suarez de Relig. To. 22. Tr. 6. lib. 6. cap. 16. n. 4. Sanch. lib. 8. diſp. 34. n. 29. Caſt.

Pa-

Palao de pœnis hæreticorum Tr. 4. diſp. 4. n. 11, & alij plures apud Barboſam.

144.

Tempore, quo datur, dandáue eſt abſolutio, nō eſt neceſſarium, vt Confeſſarius ſit memor vel peccatorū pœnitentis vel pœnitentiæ iniunctæ; ſed ſufficit ſi recordetur, eum fuiſſe confeſſum, dignúmque Abſolutione iudicatum, ac pœnitētiam, quæcūq; illa fuerit, illi fuiſſe iniunctā A. II. *Secus autem res ſe habet, ſi ante impoſitionem pœnitentiæ oblitus omnino ſit Sacerdos peccatorū, de quibus ſe accuſauit pœnitens; tunc enim haud dubiè tanta ab eo petenda eſt noxarū notitia, quanta ad taxandam prudenter* ſatiſfactionem *illi imponendam, eſt ſatis* B.

Quanta requiratur in Confeſſario peccatorū memoria, quando datur Abſolutio.

A. Suarez disp. 22. ſect. 6. In fine Coninck diſp. 7. dub. 11. Tamb. lib. 3. c. 2. n. 8. *B.* Tamb. ibi. n. 9.

145.

Abſolutio ob defectum deteſtationis, & propoſiti in pœnitente neceſſarij *nonnunquam neganda* A, *nonnunquam differenda eſt* B. II. *Neq; licitè, neque validè abſolui poteſt, qui* in occa-

Quādonam neganda, vel differenda Abſolutio.

ſione proxima peccandi mortaliter *verſatur, quam ſcilicet poßit, debeátque fugere, & tamen nolit illam vel* vllo modo, *vel* inefficaciter *duntaxat deuitare* c. III. Recidiuus (*abſtrahendo ab occaſione proxima, ac ſcandalo*) *ſi aliquod ſignum* extraordinariũ *emendationis det, ſemper eſt abſoluendus* D. *huiuſmodi autẽ ſigna ſunt, rariùs quàm antea in eadem peccata relabi, maior aliquis ſolito dolor, vera efficáxq; contritio, propriâ ſponte confiteri, hoc eſt, cùm non vrgeris à Præceptore, Parentibus, Pedagogo, legibus Congregationis &c.* E. IV. *Quando ex frequẽtiore relapſu* poſitiuè *arguitur defectus propoſiti: ſicut etiã quando Confeſſarius ita manet dubius, vt nequeat ferre iudiciũ probabile* de efficacitate propoſiti, *omnino differenda Abſolutio, propoſitis interim pœnitenti aliquibus remedijs, quibus vtatur per aliquot dies, poſt quos redeat ſaltẽ aliquantùm emendatus* F. V. *Licet pœnitẽs exiſtimetur ſufficienter diſpoſitus, adhuc tamen ad* propoſitum *illius melius*

liùs firmandum, poteſt quandoq; differri Abſolutio in alterum, tertiúmq; diē G. VI. *Deniq; valde vtiliter nonnunquam differtur Abſolutio, quando pœnitens videtur indigere* peculiari curatione *Confeſſarij, quam tunc fortè adhibere non poteſt* H.

A. Doctrina apud Catholicos certa, de qua videantur Suar. d. 32. ſect. 3. in fine Prem. cap. 1 n. 10. & Catech. Rom. de Cōfeſſ. n. 16. *B*. Tamb. lib. lib. 3. c. 3. & communis praxis. *C*. Indubitatū apud Theologos dogma, de quo legi poſſunt Lugo d. 14. ſect. 10. & Tāb. lib. 3. c. 3. §. 3. *D*. Laym. lib. 5. Tr. 6. cap. 4. n. 10. & 11. & Tamb. lib. 3. cap. 3. §. 4. *E*. Iidem. *F*. Lugo diſp. 14. ſect. 10 à. n. 156. atq; Tamb. §. 6. *G*. Iidem. *H*. Citati.

146.

Imminente mortis periculo *Cōfeſſarius nec poteſt, nec debet denegare Abſolutionē illi, qui ob impotentiam non niſi* vnicū peccatū *in indiuiduo dixit, vel* in cōmuni duntaxat *confeſſus eſt* A. II. *Quando quis peccatum aliquod* tantùm in genere *confitetur nullâ explicatâ malitiâ in particulari, nō niſi indirectè abſoluitur à malitijs ſpecificis, & indiuidualibꝰ malitiæ genericæ indētificatis* B. — De Abſolutione moribundi

A. Suar. Vaſq. Salas Turr. Connick. Reginald. &alij, quibus ſubſcribunt Lugo diſp. 17 ſect. 1. Dicaſt. diſp. 9. ſect. 9. à. n. 742. & alij Recentiores paſſim. *B.* Lugo 17. à n. 13. aliique Neoterici aduerſus Dicaſt. diſp. 9. ſect. 9. à. n. 749.

147.

Nec poteſt A, *nec debet* B *denegari abſolutio* moribũdo, *qui in præſentia imò etiã abſẽtia Cõfeſſarij ſigna doloris de peccatis dedit, maximéq; ſi petierit cõfiteri.* II. *Teſtes affirmantes ab ægro petitum Confeſſarium, datáue abeo ſigna* doloris de peccatis, *non neceſſariò præſentes eſſe debent, quando Confeſſarius ſuperueniens abſoluit ægrum* C. *At neq; opus, vt ſint teſtes* immediati, *id eſt, qui audiuerint, vel viderint hæc ab ipſomet ægroto; ſed* in cauſa hac fauorabili *ſufficiunt teſtes etiam* mediati D, *imò &* vnicus E, *tametſi fortaſſe is eſſet hæreticus, aut infidelis; dummodo ſit fide dignus, vel à fide dignis id audiuerit* F. III. *Signa autem, vi quorum abſolui poteſt, debétq; moribundus ſunt triplicis generis.* in primo *genere ſunt, quæ ex natura*

turæ

tura ſua ordinantur ad confeſſionem; vt ſi æger vel voce, vel nutu, vel ſcripturâ &c. petat cõſiteri: in ſecundo *ſunt, quæ probabiliter præſumuntur, ab ægroto Chriſtiano referri ad confeſſionem; vt ſi petat à Deo veniã peccatorũ, ſi tũdat pectus &c.* in tertio *genere exiſtũt ſigna, de quibus dubitatur, oriãtúrne ex dolore de peccatis, an ex metu, horrore, angoréq; mortis: dato ergo aliquo ex* primi, ſecũdiue generis *ſignis, moribũdus abſoluendus eſt* abſolutè G; *poſitis verò ſolummodo* tertij generis *ſignis eſt abſoluendus duntaxat* ſub conditione, (*ſi ſcilicet ſit rectè diſpoſitus* H.) IV. *Qui aliquo ex prædictis ſignis longè ante vitæ diſcrimen Sacramentalem Abſolutionem petijt, deinde verò diu poſt in phreneſim, ac mortis periculum incidit, quantùm ex hoc capite eſt, abſolui nequit* I; *an autem alio ex capite abſoluendus ſit patebit ex §. ſequente.* Con*trà verò caſu, quo quis in periculo graui incidendi in amentiam petijſſet* Con*feſſarium, à quo à peccatis abſolueretur;*

ſed

ſed mox omni rationis vſu amiſſo neq; tunc, neq; poſtea ab vllo abſolutus fuiſſet, eius Parochus *id reſciens, etiā poſt dies complures, imò & poſt plures annos* abſolutè, ac ſine conditione *illum abſoluere debet* K. *Num autem danda ſit Abſolutio Sacerdoti moribundo, qui alia ſigna doloris de peccatis non dedit, quàm Confeſſionis illius generalis, quæ initio Miſſæ (quam tunc fortè dicebat, vel paulò antè dixerat) præmitti ſolet, nonnihil eſt inter Authores controuerſū; probabilius eſt, eum præciſè vi talis Confeſſionis, non eſſe abſoluendum* L.

A Laym lib. 5. Tr. 6. cap 8, n. 4. Lugo. d. 17. ſect. 2. Zambranus de caſibus tēpore mortis. c. 4. dub. 2. ſect. 4. Tāb. lib 2. c. 10. §, 1. & alij, quos affert, & ſequitur Diana To. 2. Tr. 3. reſol. 2. *B* Iidē. *C*. Lugo diſp. 17. ſect. 5. §. 1. & alij, quos refert ſequitúrq; Dicaſt. diſp. 9. dub. 9. n. 840. *D*. Lugo. ibid. n. 81. aliíq; Recentiores, quibus ſubſcribit Dicaſt. n. 843. *E*. Diana, & alij, quos referunt, ac ſequuntur Lugo diſp. illa. 17. n 82. & Dicaſt. n. 845. Tamb. lib. 2. c. 10. § . 1. n. 13. *F*. Lugo ibid. n. 83. atq; alij apud ipſum. *G*. Lugo diſp. 17. ſect. 2. & Tambur. lib. 2. c. 10. §. 1, *H*. Iidem. *I*. Laym. lib. 5. Tr. 6. c, 8. n. 4. & alij

alij, quos ſequuntur Lugo diſp. 17. n. 30. ac Tamb. n. 17. *K*. Comm. ſententia, videriq; poteſt Lugo de Sacramentis in communi diſp. 9. ſect. 7. Dicaſt. hic diſp. 6. dub. 12. n. 167. Hurt. de Sacram. in genere diſp. 4. diff. 13. *L*. Laym. lib. 5. Tr. 6. c. 8. Lugo diſp 17. n. 23. Diana To. 3. Tr. 3. reſol. 2. in fine, & Dicaſt. diſp. 9. dub. 9. n. 759 contrarium tamē tenet Marchin⁹ in Tr. de peſte. p. 3. c. 13. n. 15.

143.

Moribundus, qui nullum omnino indicium doloris de peccatis dedit, licet bonæ fuerit vitæ, nequaquam abſolui poteſt A, *ſi tamen prudenter præſumeretur ab eo datum aliquod ſenſibile contritionis ſignum, etſi à nullo alio id animaduerſum fuiſſet, Abſolutio illi* abſq; ulla conditione *impertienda eſſet, ſi verò de tali ſigno dubitaretur, abſoluendus eſſet* conditionatè B. II. *Similiter quamuis communior ſententia habeat, eum non eſſe abſoluendum, qui dum peccat, ex vulnere fortè inflicto deſtitueretur ſenſibus, nos tamē ſi probabile eſſet, illum vel ſuſpirio, vel alio aliquo modo* exterius *ſignificâſſe* internam *peccatorū ſuorū deteſtationē* abſolutè *ipsū ab-*

ſol-

ſolueremus; conditionatè *autem tantùm, ſi de tali ſigno ambigeremus.* Certè *rarò contingere videtur, vt homo huiuſmodi in euentibus adeò citò ſenſibus deſtituatur, vt æternitati proximus nõ poſſit, atq; etiam ſi Chriſtianè ſit educatus non velit aliquo ſuſpirio, occulorúmue ad cælum eleuatione, atq; exiguo ſaltem de ſuis peccatis attritionis actu, in eo diſcrimine ſaluti ſuæ conſulere* C. III. *Quamuis opinio aſſerens, abſolui poſſe moribundum, qui nullum omnino exterius contritionis ſignum dedit, niſi vitæ Chriſtianæ traductæ (ſpectando rationem) vt ſupra indicatũ, probabilis non ſit; qui tamen propter authoritatẽ Doctorum ipſam ſequentium, ſaltem* per locum extrinſecum *eam probabilem exiſtimant, hi poſſunt, ac etiam debent in praxi ſecundum eam operari* D.

A. Suar. diſp. 23. ſect. 1. n. 13. Vaſq; q. 91. a. 2, dub. 1. n. 1. Coninck. diſp. 5. n. 28. & diſp. 7. dub. 10. n. 96. Reginal. To. 1. lib, 8. c. 3. n. 25. Turr. de pœnit. q. 9. a 2, diſp. 30. dub. 1. ad. 3. & hoc tempore omnes Socieatis noſtræ Doctores, quibus contrariam ſententiam.

tiam docere prohibitum eſt *in nupera Ordinatione pro ſtudiis altioribus. B.* Approbata mihi nuperrimè Romæ ex conſenſu admodum Reuerendi P. N. Generalis à Cenſoribus Societatis noſtræ. C. Approbata itidem à modo dictis Cenſoribus. *D.* Cõprobata pariter ab ijſdẽ Romanis Patrib⁹.

149.

Caſu quo quis heri manè, hodie confeſſurus conſcripſiſſet ſua peccata; hodiéque derepente deſtitutus ſenſibus verſaretur in mortis periculo, ſi veriſimile eſſet, eũ interim in nullam lapſum fuiſſe noxam lethalem, neque ab eo retractatum fuiſſe propoſitum hodie confitendi, *vi exhomologeſis heri conſcriptæ, cõtritioniſq; ſaltem imperfectæ, quæ talem actum comitari ſolet, eum hodie* abſque vlla conditione *abſolueremus* A: ſub conditione *verò ei impertiremur Abſolutionem, ſi de aliquo ad Sacramentum neceſſario dubitaremus* B.

II. *Idem omnino faceremus cum eo, qui heri, vel hodie viſus fuiſſet facere examẽ conſcientiæ (in quo eſſet ſolitus dolere de ſuis peccatis cum propoſito, ſuo tempore,*

ea

ea ſubijciendi clauibus) *ſi hic in mor-tis periculum incideret* C.

A. Sequitur manifeſtè partim ex communiſſimo dogmate de abſoluẽdo moribundo, qui dedit ſigna doloris, partim ex doctrina. §. 74. membro. 2. allata. *B*. Colligitur ex dictis. *C*. Patet à paritate caſûs.

150.

Quanquam moribundus debeat toties abſolui, quoties aliquo ſigno petit Abſolutionem A; *nouo tamen non occurrente peccato, non debet* per extraiudicialẽ Confeſſionẽ *ſæpius petere Abſolutionem* B. II. *Mortis inſtante periculo, vt in maris naufragio, incendio &c. ſi multi ſimul confiteantur, & neceſſitas vrgeat, poſſunt omnes ſimul abſolui illâ formulâ* (*Ego vos abſoluo &c*) C.

A. Indubitata hodie ſententia, vt ſuprà uidimus. *B* videtur communis Confeſſariorũ praxis. *C*, Coninck. diſp. 7. dub. 9. n. 74. Fragundez de 2. præcepto Eccles. lib. 2. c. 3. n. 11 Lugo diſp. 17 ſect. 1. aliíq; multi, quos ſequitur Dicaſt. diſp. 9. dub. 9. n. 755.

Ritus, ſeu cerimoniæ Abſolutionis Sacramẽtalis

151.

Nullus ritus, *ſeu* cerimonia *datur in* Abſolutione Sacramentali *Pœniten-*

tem-

tentiæ, quæ ſit vel de ſubſtantia Sacramenti, *vel* de præcepto ſub peccato mortali A. II. *Impoſitio* B, *eleuatióque manûs nec adhibenda; vbi in more non eſt; nec intermittenda ſine cauſa, vbi vſu recepta eſt.* III *Non eſt neceſſe, vt Abſolutio detur ſedendo; ſed quacunque rationabili ex cauſa dari poteſt ſtando* D. IV. *In locis, in quibus conſuetudine receptum eſt aperto capite pronuntiare Abſolutionẽ, abſque cauſa non eſt recedẽdum à communi more* E; *cauſa tamen ad hoc ſufficiens videtur eſſe dolor capitis, vitatio catarrhi &c.* F. V. *Non peccat* Confeſſarius, *ſiue dicat*, Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis &c; *ſiue præciſè dicat*, Abſoluo te à peccatis tuis; *rectiùs tamen omittitur particula diſtributiua* omnibus G. VI. *Signum crucis abſque ſufficiente cauſa, ob vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem citra noxam venialem omitti non poteſt* H. VII. *Peccant grauiter Sacerdotes, qui nullo vrgente mortis periculo, plures pueros ſimul audiunt, & abſoluunt* I.

A. Su[illegible]

ea ſubijciendi clauibus) *ſi hic in mortis periculum incideret* C.

A. Sequitur manifeſtè partim ex communiſſimo dogmate de abſoluēdo moribundo, qui dedit ſigna doloris, partim ex doctrina, §.74. membro. 2. allata. *B*. Colligitur ex dictis. *C*. Patet à paritate caſûs.

150.

Quanquam moribundus debeat toties abſolui, quoties aliquo ſigno petit Abſolutionem A; *nouo tamen non occurrente peccato, non debet* per extraiudicialē Confeſſionē *ſæpius petere Abſolutionem* B. II. *Mortis inſtante periculo, vt in maris naufragio, incendio &c. ſi multi ſimul confiteantur, & neceßitas vrgeat, poſſunt omnes ſimul abſolui illâ formulâ* (*Ego vos abſoluo &c*) C.

A. Indubitata hodie ſententia, vt ſuprà uidimus. *B* videtur communis Confeſſariorū praxis. *C*, Coninck. diſp. 7. dub. 9. n. 74. Fragundez de 2. præcepto Eccles. lib. 2. c. 3. n. 11 Lugo diſp. 17 ſect. 1. aliíq; multi, quos ſequitur Dicaſt. diſp. 9. dub. 9. n. 755.

Ritus, ſeu cerimoniæ Abſolutionis Sacramētalis

151.

Nullus ritus, *ſeu* cerimonia *datur in* Abſolutione Sacramentali *Pœniten-*

rentiæ, quæ ſit vel de ſubſtantia Sacramenti, *vel* de præcepto ſub peccato mortali A. II. *Impoſitio* B, *eleuatióque manûs nec adhibenda; vbi in more non eſt; nec intermittenda ſine cauſa, vbi vſu recepta eſt.* III *Non eſt neceſſe, vt Abſolutio detur ſedendo; ſed quacunq; rationabili ex cauſa dari poteſt ſtando* D. IV. *In locis, in quibus conſuetudine receptum eſt aperto capite pronuntiare Abſolutionē, abſq; cauſa non eſt recedēdum à communi more* E; *cauſa tamen adhoc ſufficiens videtur eſſe dolor capitis, vitatio catarrhi &c.* F. V. *Non peccat Confeſſarius, ſiue dicat*, Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis &c; *ſiue præcisè dicat*, Abſoluo te à peccatis tuis; *rectiùs tamen omittitur particula diſtributiua* omnibus G. VI. *Signum crucis abſq; ſufficiente cauſa, ob vniuerſalem Eccleſiæ conſuetudinem citra noxam venialem omitti non poteſt* H. VII. *Peccant grauiter Sacerdotes, qui nullo vrgente mortis periculo, plures pueros ſimul audiunt, & abſolunt* I.

A. Suar.

A.Suar.d.18.ſect. 6.n, 1.&2.*B*.Comm. D.D.Senſus.*C* Prem.c,1.n.8.*D*.Idem ibid. *E*.Videatur, prædictus Author ibid.*F*.videaturP.Sa. *v*. *Abſolutio n*,2.*editionis Colon. anno*.1603 *G* Palao.Tr.23.d. vn.p.5.n.3. *H*. Ita communior contra Soar diſp,15 ſect. 6.n,3.&Prem.c,1,n. 8, exiſtimantes id eſſe tantùm de congruitate.*I*,Lugo diſp, 24. ſect.3.n, 27.

CAPVT V.

De Satisfactione Sacramentali.

§. 152.

Satisfactio Sacramẽtalis ſecundũ ſe ſpectata.

S*Atisfactio* virtute clauiũ *impoſita nequaquã eſt pars* eſſentialis A, *ſed* integralis *duntaxat* B, *Sacramẽti Pœnitentiæ*; *& quidem nõ alio modo, quàm punitio* Rei *pertinet ad integritatẽ Iudicij* C: *quare ſicut hoc nõ vitiatur ex eo, quòd* Reo *nulla pœna iniungatur, quando nulla dignus reperitur* D; *ita& de Satisfactione hac idem iudicium eſſe debet*. II.*Non eſt actus Iuſtitiæ propriè, ſeu in rigore ſumptæ* E; *qnanquã per eã haud dubiè ſatisfiat* de condigno *pro debito pœnæ temporalis* F.III *Eius valor creſcit ex maiore* dignitate ſupernaturali *perſonæ ſatisfaciẽtis* G. IV.*Non neceſſa-*

riò

Digitized by Google

rio procedit ex intentione ſatisfaciẽdi H.
V. *Ita augetur per opus externũ, vt ad hoc non ſit neceſſarium, vt phyſicè, & re ipſâ perſeueret uoluntas interna; ſed ſolùm ut opus externũ ex voluntate bona præcedente, & nõ retractata procedat* I.
VI *Quamuis in ordine ad* iudiciũ Confeſſarij *latitudinẽ aliquã habeat, ſpectando attamẽ effectum remiſsionis pœnæ*, in indiuiſibili *conſiſtit* K.

A. Prout opinãtur Paludanus in. 4. diſt. 16. q. 1. circa finem. & Baunus apud Dian. To. 1. Tr. 4. reſol. 25. *B.* Communiſſima Sententia. C Lugo diſp. 25. ſect. 4. n. 52. *D.* Vti quandoq; poſſe accidere infrà dicetur *E.* Ita plurimi, quos ſequitur Lugo diſp. 24. ſect. 1. n. 19. & alibi, *F.* Suar. diſp. 37. ſect. 8. & 10. Vaſq; q. 94. a 1. dub. 3. aliiq; paſſim. G. Lugo diſp 24. ſect. 2. n. 27. & diſp. 25. ſect. 2. n. 26. ac diſp. 6. de Incarn. ſect. 2. atq; Dicaſt. diſp. 13. dub. 3. n. 43, *H.* Suar. diſp. 37. ſect. 3. n. 5. aliorúmq; communis ſententia. *I.* Lugo diſp. 24. ſect. 4, n. 48. Pallau. lib. 6. aſſert. Theol. n. 111. *K.* Filliuc. Tr. 8. cap. 2. p. 6.

153.

Verba *quibus imponitur Pœnitentia, ſunt* Forma ſatisfactionis *quatenus hæc obligatoria eſt* A; *proindéq; ea re-* De Verbis, quibus illa imponitur.

Digitized by Google

rectè dici poſſunt Forma partialis integralis *Sacramenti Pœnitentiæ* B II. *Licet verba, quibus iniungitur Satisfa-ctio hæc, per ſe loquendo, eſſe debeant* verba formalia C; *abſolutè tamen ad eã ſufficiunt verba virtualia, nutu ſcilicet, ſcripturâ, aut alio modo expreſſa* D.

A. Lugo diſp. 12. ſect. 2. à n. 43. & alij Recentiores. *B*. Iidem. *C*. Communis ſenſus, ac praxis. *D*. Doctores paſſim.

Obligatio iniungendi Satisfactionem.

154.

Non tantùm ex congruentia quadam, *aſt etiam* ex vero præcepto, *regulariter loquendo, tenetur Confeſſarius iniungere pœnitenti Satisfactionē ſacramentalem* A, *& quidem non qualem qualem, ſed vt præcipit Tridentinum* B (*quantùm ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate ſalutarem, & conuenientem.*) II. *Præceptum hoc haud dubiè* ex ſe *graue eſt* C; *præſcindendo tamen à contemptu, ob materiæ paruitatem, non niſi venialiter peccaret Sacerdos, qui in caſu, quo exigua*

dun-

Digitized by Google

duntaxat Satisfactio confitenti præſtanda eſſet, nihil prorſus pœnitentiæ illi iniungeret D; *ídque verum, ſiue ea pœnitentia imponenda ſit pro veniali, ſiue pro mortali* E.

A. Suar. diſp. 38. ſect. 3. Henriq. lib. 5. c. 20. & c. 21. Valent. d. 7. q. 14. p. 4. Coninck d. 10. dub. 8. n. 62. & 64. Regin l. 7. n. 11 Hurt. diſp 14. diff. 2. & 3 Lugo d. 25 ſect. 4. Tamb. l. 4. c. 1. §. 1. n. 1. atq. §. 3 & vt aduertit Dicaſt. d. 14. dub. 1. manifeſtè colligitur ex Trid. ſeſſ. 14. c. 3. & 8. de Sacramento Pœnit ſupponitúrq; in c. *omnis vtriuſq; de pœnit. & remiſſ. B* ſeſſ. 14. c. 8. *C.* Suar. Reginal. Henriq. & Lugo citati. *D.* Henriq & Ochagauia; quibus ſubſcribit Lugo diſp. 25. ſect. 4. n. 49. quamuis Baun⁹ p. 1. Tr. 4. q. 25. cõtrarium opinetur. *E.* Aſſertio communis.

155.

Præceptum Diuinum obligat ad Sacramentum Pœnitentiæ pluribus in caſibus A, vt I°. in articulo mortis, & quandocunq; inſtat mortis periculum B; aut præuidetur tunc defutura copia Cōfeſſarij C. II°. aliquoties in vita D, cui nunc ſufficienter ſatisfacimus per annuã confeſſionnem E. III°. quando à reo pec-

cati

Digitized by Google

cati lethalis ſumenda eſt Euchariſtia F. IV°. *quando eſſet alicui* mediũ neceſſarium *ad ſuperandam grauem aliquã tentationem, quæ aliàs non ſuperaretur* G; *hic tamen caſus valde rarus eſt* H. V°. *cũ quis vouit, vel iurauit aut promiſit cõfiteri* I. VI°. *aliquo ſaltẽ ex capite* K, *quando quis ex conſcientia vel certa, vel erronea, vel dubia exiſtimat ſe teneri ad cõfitendũ, niſi talẽ cõſcientiã deponat* L.

A. Comm. Theolog. ſenſus. *B*. DD. Paſſim, C. Lugo diſput, 15. ſect. 3. n. 37. vbi quoque hanc doctrinam extendit ad habentem peccatum reſeruatum, quod niſi ſtatim confiteatur, nõ poterit poſtea ab eo abſolui; tunc enim inquit obligamur per ſe præcepto Diuino ad illud iam ſubijciendum clauibus. Hæc tamen Doctrina, vti bene aduertit Caſp. diſp. 4. ſect. 2. n. 14. vt vera ſit, intelligenda eſt ſolùm de caſu, quo quis præuidet ſibi non modò non futuram copiam alicuius ſuperioris, cui peccatum ſit reſeruatum, verùm etiã, quo nullus omnino alius Confeſſarius præſto futurus ſit; quia cùm in mortis articulo nullus caſus reſeruatus ſit, ad veritatem allatæ doctrinæ neceſſe eſt, vt nullus prorſus ſuppetat Confeſſarius. *D*. Videantur Vaſq. q. 90. a. 1. dub. 4. &

& Caſpen.diſp.4 ſect 3.*E*.Scholaſtici cõmuniter.*F*.Sententia in ſcholis notiſſima. *G*.Comm.DD.ſenſus.*H*.Lugo d. 15. ſect. 4.n.46. *I*. Theologi paſſim.*K*.nempe ſaltem ratione præcepti non agendi contra conſcientiam.*L*.Prem.cap.6, num.60.

De Præcepto Eccleſiaſtico eiuſdem.

175

Præceptum Eccleſiaſticum *de Sacramẽto Pœnitentiæ triplex eſt.* I^um^.*obligat ad annuam exhomologeſim* A. II°. *obligantur Monachi D. Benedicti ad Sacramentum hoc duodecies in anno ſuſcipiendũ, ſemel ſcilicet ſingulis menſibus* B. III°. *verò obſtringuntur Sacerdotes, qui non præmiſſa confeſſione, ex neceſſitate aliqua celebrant cum conſcientia peccati mortalis, quibus præcipitur, vt* quàm primùm *poſt Sacrũ, conſcientiã ſuam apud Confeſſarium expient* C; *id quod* de congruitate *haud dubiè facere quoque deberent omnes, qui habentes conſcientiã noxæ lethalis, ob neceſſitatem aliquam non præmiſſâ confeſſione communicârunt* D.

A. Dogma Catholicum. *B* Clement. prima de ſtatu Monachorum §. *ſanè* vide Nauar. cap. 2. n. 9. *C*. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. *D*. Suar.

Suar. To. 3. in 3. p. diſp. 66. ſect. 8. & P. Prē. cap. 6. n. 60. contra Nauar. exiſtimantem hos etiam teneri ad *quàm primùm* confitendum.

176.

Annus, *intra quem reus peccati mortalis tenetur ſuſcipere hoc Sacramentum computandus vel à Paſchate ad aliud Paſcha, ut exiſtimant non nulli* A. *vel quòd magis placet à primo die Ianuarij ad vltimum Decembris* B. II. *Obligationi annuæ confitendi fit ſatis per ſolam confeſſionem validam, nō autem invalidam* C. III. *Sufficienter impletur præceptū annuæ confeſſionis per exhomologeſim factam ſolùm de peccatis illis mortalibus, quæ poſt diligens examen menti occurrunt* D. *Vnde ſi Abſolutione perceptâ* E *poſtea fortè, aliquorum aliorum lethalium recorderis, quæ te tempore confeſſionis effugiebant, vi præcepti annuæ confeſſionis haud teneris illa eo anno ſubijcere clauibus, ſed potes ea in ſequentem annum manifeſtanda Sacerdoti differre* F. *Idémq;*

di-

dicendum, ſi ex pluribus mortalibus aliqua ſubticeas propter graue damnum tibi, vel proximo imminens, ratione cuius excuſeris illa aperire huic Confeſſario G. IV. *Si detur Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe per illud ſatisfit huic præcepto* H. V. *Præuidens ſequente anni parte impediendam annuæ Confeſſionis executionem, tenetur eam anticipare* I. *Qui vero elapſo anno, ſiue ex culpa, ſiue ſine culpa obligationi annuæ confeſſionis non ſatisfecit, ex probabiliore ſententia tenetur quàm primùm poſtea confiteri* K. V I. *Poſt annuam exhomologeſim de peccato mortali ſiue* certo L, *ſiue* dubio M *peractam lethaliter rurſus delinquens nõ obligatur illo anno iterum confiteri. Secùs dicendũ, ſi quis vel immemor mortalis, vel ſolis venialib⁹ obnoxi⁹, hæc ſola priori v.g. ſemeſtri cõfeſſus fuiſſet* N, *vel ſi is deinde in aliquod lethale laberetur; tũc enim iuxta cõmunẽ, & veriorẽ Theologorũ opinionẽ o teneretur illud eodẽ anno cõfiteri* P.

A. Suar.

A. Suar. diſp 36 ſect. 3. Coninck diſp 5. n. 54. *B*. Vaſq. q. 90. a. . dub. 1. & alij plures, quos refert, & ſequitur Diana P. 1. Tr. 3. Miſcell. reſol. 54 & P. 2. Tr. 4. reſol. 81. *C*. Suar. diſp. 36. ſect. 7 & lib. 4. de Legibus c. 13. à quo & à Diana ſuprà relato plures alij referuntur. Vnde per confeſſionem illam, per quam non ſatisfit *præcepto* (vt rectè Lugo diſp. 15. ſect. 6. n. 138.) incurruntur etiam pœnæ Eccleſiaſticæ Excommunicationis, & ſimiles, niſi vel inadvertentia, vel aliquid aliud excuſet. *D*. Communis, veriórq; ſententia, apud Lug. ſect. 7. n. 165. quam amplectuntur multi relati á Diana P. 2. Tr. 4. reſol. 124. *E*. Vaſq. q. 92. a. 3. atq; Suar. diſp. 36 ſect. 7. *F*. Tamb. de Communione c. 4. § 3. n. 22. *G*. Lugo n. 166. Hurtad. diſp. 7. diff. 11. & Tambur. ibid. *H*. Lug. *I*. Idē n. 182. *K*. Suar. diſp. 36. ſect. 5. Vaſq. q 90. a. 3. dub. 2. Caſp. diſp. 4. ſect. 7. n. 71. *L*. Lug ſect. 7. n. 164. *M*. Idem n. 169. *N*. Tamb. de Commun. c. 4 §. 3. n. 22. Ochogauia tamen de Sacr. Tr. 2. q 9. exiſtimat etiam per confeſſionem venialium ſatisfieri præcepto Eccleſiæ. *O*. Quam ſequuntur Lugo ibid. & alij communiter. *P*. Tāb. n. 24. qui rectè advertit, ex hac ſententia ſequi, eum qui frequentiſſimè per annum confeſſus fuit de ſolis vēialibus, ſi vltimo die mortaliter peccat, teneri eodem die confiteri, niſi aliquo legitimo impedimento excuſetur.

Ab

Excuſati ab annua huius Sacramenti Suſceptione.

177.

Ab annua Confeſſione *excuſantur* I°. *qui* phyſicè *nequeunt* A, *vt qui copiam Confeſſarij non habent*. II°. *ij qui prudenter verentur reuelationem ſigilli* B. III°. *qui prudente ratione timent contra ſe graue ipſius Confeſſarij odium* C. IV°. *qui confiteri non poſſunt absq; graui incommodo vitæ, fortunarum &c.* D. *Nequaquam tamen ſufficiunt incommoda, quæ ex ipſa præcisè cōfeſſione naſcuntur, vt magna erubeſcentia, aut metus, ne quis teneatur à Sacerdote pro peccatore* E. V°. *Qui non niſi per longum laborioſúmque iter adire, aut vocare poſſunt Sacerdotem* F. *quale autem huiusmodi iter ſit ex circumſtantijs temporis, perſonarum, ac ſimilium, iudicio prudentum colligendū eſt. Rectè autem hîc nonnulli* G *obſeruant, faciliùs excuſari fideles ab* annua confeſſione, *vtpote tantùm ex Eccleſiaſtico præcepto, quàm à cōfeſſione peragenda vrgente periculo mortis, quæ* ex præcepto Diuino *eſt; tunc enim haud dubiè*

dubiè vrgentior excuſationis cauſa neceſſaria eſt.

A. Coninck diſp. 5. n. 73. *B.* Communiſſima doctrina C. Tamb Tr. de Commun. c. 4 § 3 n. 29. *D* Idem ibid. *E* DD. paſſim. *F* Tamb. loc. cit. *G.* Coninck diſp. 5. n. 74. & alij communiter.

178.

Obligati ad annuam Sacramenti Pœnitẽtiæ ſuſceptionem.

Præcepto annuatim ſuſcipiendi hoc Sacramentum obligantur quicunque, vel in instanti terminatiuo Baptiſmi, vel pòſt in aliquod lethale *inciderunt* A, *etiam pueri poſt ſeptennium ſufficientem vſum rationis habentes* B, *hæretici* C, *excommunicati* D, *publici peccatores* E, *& probabiliùs ipſe quoque Summus Põtifex* F; *à Summo Pontifice tamẽ* in hoc præcepto *tam ſecum, quàm cum alijs ad breue aliquod tempus* diſpẽſari *poſſe, valde probabile eſt* G. II. *Licet autem & Pueri, & Summus Põtifex dicto* pręcepto *teneantur, ij tamen non incurrunt pœnas excommunicationis, ſi præceptum hoc transgrediantur* H.

A. Videatur §. 85. *B.* Aſſertio receptiſſima, colligitúrq; *ex cap. omnis vtriuſq; ſexus fidelis.* C. Theologi cõmuniter, vt teſtatur

Lugo

Lugo diſq 15.ſect.7 n.145. *D* Suar. Auila, Fagund. & Lugo apud Tamb. Tr. de Commun. c.4. §.4. n.40. *E*. Vaſq. q.92. a 3. dub. 5. Fagund. 2. præcepto cap. 4. aliiq; communiter. *F*. Azor Tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 5. cap. 11 Suar. diſp. 36. ſect. 2. n. 5. Vaſq. q. 90. a. 1. dub. 5. n. 12. *G*. Lugo diſp. 15. ſect. 7. n. 147. *H*. Sententia receptiſſima.

De poteſtate Eccleſiæ in ponendis Præceptis de hoc Sacramento.

179.

Ex hypotheſi, quòd Chriſtus non inſtituiſſet hoc Sacramentum, *haud potuiſſet ab* Eccleſia *præcipi confeſſio omniũ peccatorũ, qualis* de facto *jubetur.* A. II. *Similiter poſito quòd Chriſtus, inſtituto hoc Sacramento, non impoſuiſſet præceptum confeſſionis, ſi ad illius valorẽ poneretur neceſſaria eſſe exacta confeſſio omnium peccatorum lethalium, tunc etiam nequiviſſet Eccclesia imperare confeſſionem omnium noxarũ lethalium;* B. *ſi verò ad ejus valorem poneremus ſufficere confeſſionem ſolùm aliquorum mortalium, tunc haud dubiè potuiſſet ab Eccleſia præcipi talis confeſſio* C. III. *Licet Eccleſſia poſſit indirectè, imò etiam directè præcipere confeſſionem aliquorum venialium, non tamen*

men vel toti fidelium gregi, vel alicui cõmunitati, aut priuatæ perſonæ poſſet imperare, ut confiteantur omnia, & ſingula venialia, quæcunque, & quantacunque illa ſint.

A. Lugo. diſp. 6. n. 90. *B*. Ibid. n. 91. C. Præfatus author ibid. *D*. Doctrina paſſim recepta. *E*. Caſpenſis diſp. 4. ſect. 4. n. 41.

CAPVT III.
De Confeſſario.

§. 180.

Poteſtas Ordinis prærequiſita in Cõfeſſario.

IN *Confeſſario tã ad* licitè, *quàm ad* valìde *adminiſtrandum Sacramentum pœnitentiæ neceſſariò prærequiritur* poteſtas Ordinis, & *quidem* Sacerdotij A, *contrariáq; ſentẽtia adverſatur pluribus Concilijs* B. II. *Hæc poteſtas non modò diſtinguitur* realiter *à poteſtate Iurisdictionis* C, *verùm etiam eam quandoq; præcedere, quandoq; ſubſequi poteſt* D.

A. Eſt de fide, vt videre eſt apud Soar. diſp. 24. ſect. 1. & alios paſſim. *B*. Florentino in *literis vnionis*. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & can. 9. ac 10. Conſtant. ſeſſ. 8. & 15. & Cauilonenſi 2. c. 33. *C*. Suar d. 16. ſect. 3. n. 7. Coninck

ninck diſp.18.dub 2.& alij multi,vt teſtatur Dicaſt.diſp.10.dub 3.n.73. *D.* Videatur Lugo diſp.15.ſect.2.n.20. in fine.

Poteſtas Iurisdictionis in eodẽ neceſſaria.

184.

In Confeſſario de facto præter poteſtatem Ordinis *requiritur etiam poteſtas* Iurisdictionis Ordinaria, *vel* extraordinaria A. II. *Iurisdictionem* ordinariam *habentes poſſunt eam in foro Pœnitentiæ alteri delegare; & quidem Summus Pontifex illam delegare poteſt pro omnibus Chriſtianis abſoluendis; Epiſcopus, & Parochus, pro ſuis quilibet ouibus; an verò, qui delegatam habent, poßint eandem pariter ſubdelegare ex circumſtantijs iudicandum eſt* B. III. *Iurisdictio* delegata *nec per ratihabitionem de futuro* C, *nec per conſenſum de præſenti ſolummodo præſumptum* D, *nec denique per voluntatem delegantis mere internam* E *habetur: ſed neceſſe, vt eiusmodi voluntas aliquo ſigno manifeſtetur* F; *licet haud opus, vt id ſit omnino* explicitum G. *Qualia autem oporteat eſſe hæc ſigna, pendet ex circumſtantijs,*

pri-

prudentúmq; iudicio H. IV. *Eadem non acquiritur ſine notitia illius, cui delegatur, ſi ipſi ea conceſſa ſit* I; *ſecùs ſi ſacro alicui cœtui ſit data* K. V. *Habens hanc delegatam poteſtatem, confeſſionẽ, quam cœpit audire, vſq; ad finem excipere poteſt, etiamſi interim expiret delegatio; ídq; verum, licet nõ* continenter, *ſed* interruptè, *& per plures vices fieret exhomologeſis* L. VI. *Hæc delegata poteſtas ſi* abſolutè, *& abſq; vlla limitatione conferatur, non expirat morte concedentis, ſicut neque quando, qui eam conceſſit, vel amouetur ab officio, vel ſuſpenditur, vel aliâ quâcunque ratione amittit poteſtatem, quam habebat* M. VII. *Confeſſarius in adminiſtratione huius Sacramenti vti poteſt Iuriſdictione* probabili, *ſiue* ordinariâ, *ſiue* delegatâ N; *non item* dubiâ, *niſi in caſu neceſſitatis, quando ſcilicet aliud remedium ſecurius adhiberi non poteſt; quo caſu Abſolutio danda eſt* ſub conditione O. VIII. *In eo, cui poteſtas hæc delegatur, requiritur capacitas, id eſt, vt*

ninck diſp.18.dub 2.& alij multi,vt teſtatur Dicaſt.diſp.10.dub 3.n.73. *D*. Videatur Lugo diſp.15.ſect.2.n.20. in fine.

Poteſtas Iuriſdictionis in eodẽ neceſſaria.

181.

In Confeſſario de facto præter poteſtatem Ordinis *requiritur etiam poteſtas* Iuriſdictionis Ordinaria, *vel* extraordinaria A.II. *Iuriſdictionem* ordinariam *habentes poſſunt eam in foro Pœnitentiæ alteri delegare; & quidem Summus Pontifex illam delegare poteſt pro omnibus Chriſtianis abſoluendis; Epiſcopus, & Parochus, pro ſuis quilibet ouibus; an verò, qui delegatam habent, poſſint eandem pariter ſubdelegare ex circumſtantijs iudicandum eſt* B. III. *Iuriſdictio* delegata *nec per ratihabitionem de futuro* C, *nec per conſenſum de præſenti ſolummodo præſumptum* D, *nec deniq; per voluntatem delegantis merè internam* E *habetur: ſed neceſſe, vt eiusmodi voluntas aliquo ſigno manifeſtetur* F; *licet haud opus, vt id ſit omnino* explicitum G. *Qualia autem oporteat eſſe hæc ſigna, pendet ex circumſtantijs,*

pru-

Digitized by Google

prudentúmq; iudicio H. IV. *Eadem non acquiritur ſine notitia illius, cui delegatur, ſi ipſi ea conceſſa ſit* I; *ſecùs ſi ſacro alicui cœtui ſit data* K. V. *Habens hanc delegatam poteſtatem, confeſſionē, quam cœpit audire, vſq; ad finem excipere poteſt, etiamſi interim expiret delegatio; ídq; verum, licet nō* continenter, *ſed* interruptè, *& per plures vices fieret exhomologeſis* L. VI. *Hæc delegata poteſtas ſi* abſolutè, *& abſq; vlla limitatione conferatur, non expirat morte concedentis, ſicut neque quando, qui eam conceſſit, vel amouetur ab officio, vel ſuſpenditur, vel aliâ quâcunque ratione amittit poteſtatem, quam habebat* M. VII. *Confeſſarius in adminiſtratione huius Sacramenti vti poteſt Iuriſdictione* probabili, *ſiue* ordinariâ, *ſiue* delegatâ N; *non item* dubiâ, *niſi in caſu neceſſitatis, quando ſcilicet aliud remedium ſecurius adhiberi non poteſt; quo caſu Abſolutio danda eſt* ſub conditione O. VIII. *In eo, cui poteſtas hæc delegatur, requiritur capacitas, id eſt, vt*

N non

non ſit impeditus aliquâ cenſurâ P. IX. *In tribus caſibus cuilibet Sacerdoti ab Eccleſia data eſt Iuriſdictio abſoluendi, primus eſt* pro peccatis venialibus: *ſecundus* pro peccatis lethalibus, iam ſemel ritè per Sacramentum Pœnitentiæ expiatis : *tertius eſt* periculum, atq; articulus mortis Q. X. *Prædicta Iuriſdictio ad abſoluendum non perſeuerat in altera vita* R. *hinc ſi quis nunc abſolueretur à S. Petro nõ ſatisfaceret præcepto Confeſſionis, ſed peccata in tali exhomologeſi dicta, deberet adhuc Sacerdoti* mortali, *confiteri* S. *idémq; dicendum, ſi quis à Sacerdote* Cõprehenſore, *& in corpore glorioſo conſtituto abſolueretur* T.

A. Suar. d. 26. ſect. 3. Coninck d. 8. dub. 1. Bonac. d. 5. de Sacramẽtis q. 7. p. 1. Laym. lib 5. c. 10. n. 6. & Lug. d. 15. ſect. 2. *B*. Lug. d. 19. ſect 2. n. 15. *C*. Vaſq. q. 93. a. 2. dub. 2. & alij paſſim. *D*. Lugo n. 22. *E*. Idem n. 23. *F*. Ibidem. *G*. Præcitatus n. eodem. *H*. Idem ibidem *I*. Coninck diſp. 8. dub. 5. n. 35. idémq; vt certum videtur ſupponere P. Sanch. lib. 3. de Matrim. diſput. 36. n. 8. *K*. Lugo ſuprà n. 18. *L*. Sanch. lib. 2. in Decal. cap.

cap.13.n.15. Acoſta in expoſitione Bullæ Cruciatæ q 36. & alij apud ipſum. *M.* Heriq. lib.6. cap.6.n 7. de Indulgentijs cap. 21.n.6. Suar diſp.28. ſect. 3. & Lugo diſp. 19. ſect.2 §.2. Dicaſt diſp.10. dub 6. & alij multi apud ipſum. *N.* Sanch. lib.1. in Decal. cap.9. n 35. Granad. 1.2. Controu.2. Tr.22. diſp.4. ſect. 4. Turrianus in Selectis diſp. par.1. d 21. dub.2. Leſſius lib.2. c. 29 dub. 8. Palaus To 1. diſp.2. p 5. n.9. & alij, quos refert, & ſequitur Diana To. 1. Tr. de opinione probabili reſol. 2. *O.* Suar diſp.26. ſect. 6. Coninck diſput. 8. dub. 6. concl. 3. Palaus Tr 23. diſp. vn. p.14. n.25. atq; Lugo diſp 19. ſect. 2. n. 28. *P.* Lugo diſp. 19. ſect.1. ſ. 2. n.15. *Q.* Valentia d.7. q.10 p.2. Suar. d. 26. ſect. 5. & ſeq. Coninck diſput. 8. dub. 2. circa finem, ac Palaus Tr.23 diſp. vn. p.13. n.5. & 6. *R.* Lugo lib.1. Reſp. Moral. dub. 16. *S.* Idem. *T.* Ibidem.

182.

Examẽ ad Approbationẽ Confeſſarij requiſitũ.

Ad Approbationem *non neceſſariò prærequiritur* Examen, *dummodo adſit iudicium prudens de ſufficientia* approbandi A; *Epiſcopus tamen Diœceſanus, (ſi ipſi videbitur,) habet ius præmittendi Approbationi* Examen, *etiam reſpectu Regularium* B. *à quo examine licet nonnulli Religioſi, nec non etiam*

 Præ-

Prælectores, ac Theologiæ Doctores &c. olim exempti fuerint C; *hoc tamen tempore omnia huiuſmodi Priuilegia ſublata ſunt* D; *rectè tamen monent aliqui non conuenire, vt examinentur Lectores, ac Doctores ij, de quorum ſciẽtia iam conſtat* E. II. *In prædicto Examine, quantùm ad* Sęculares *attendendum ad prudentiam, ætatem, mores, & doctrinam approbandorum* F: *quantùm verò ad* Regulares *iuxta Concilium Lateranenſe ſub Leone* X. (*quod nequaquam correctum videtur à Tridentino*) *inſtituendum illud duntaxat eſt*) *de ſufficiente litteratura, ac Sacramenti pœnitentiæ peritia* G.

A. Coninck, & Layman, quos refert, & ſequitur Buſenbaum lib. 6. Tr. 4. cap. 2. dub. 2. n. 6. *B.* Trident. ſeſſ. 23. de Reformatione cap. 15. *C.* Vt videre eſt apud Caſpẽſem d. 5. ſect. 7. n. 56. *D.* Vti conſtat partim ex Bulla Gregorij XIII. data anno 1572. Kal. Martij; partim ex Decreto Vrbani VIII. edito anno 1628. in quo reuocantur omnia prædicta priuilegia, ac licentiæ audiendi confeſſiones omnibus Religioſis, ſine approbatione ab Epiſcopis Dioe-

Diœceſanis, & abſque præuio examine ab eodem Ordinario. *E*. Palaus Tr. 29. d. vn. p. 15. §. 2. n. 2. Buſenbaum lib. 6, Tr. 4. c. 2. dub. 2. n. 1. & videri quoque poteſt Caſpenſis diſp. 5. ſect. 7. n. 56. *F*. Dicaſtillo d. 10. dub. 9 n. 278. aliiq; apud ipſum. *G*. Idē ibidem n. 280. & ſeqq.

183. Approbatio Confeſſarij.

Ad excipiendas confeſſiones Sæcularium quorumuis, *etiam Sacerdotum, exigitur in Confeſſario* Approbatio E*piſcopi* A; *non item ad exhomologeſes Regularium, ſeu virorū, ſeu fœminarū, qui proinde ex licentia ſui Prælati cuilibet Sacerdoti confiteri poſſunt* B. *imò neque in ordine ad audiendas confeſſiones ſæcularium ea eſt ſemper neceſſaria, ſed ſolùm in ordine ad exhomologeſes* de mortalibus, quæ nunquam clauibus ſubiecta fuêre, *non verò in ordine ad confeſſiones, vel de venialibus, vel etiam de mortalibus iam ſemel per Sacramentum Pœnitentiæ ritè expiatis; quare quilibet Sacerdos ab his poterit abſoluere, etiam præſente alio approbato* C. II. *Quando quis exterùs appro-*

batur, licet interiùs ab approbante iudicetur inhabilis, valida eſt Approbatio D, *ſicut etiam eſt valida, quando non gratis, ſed pro pretio tribuitur* E. III. *Danda eſt ab Epiſcopo, & quidem non quocunq;, ſed* confirmato, habentéq; ſubditos, *tametſi* cõſecratus *non ſit* F, *aut certè ab habente* iuriſdictionem Epiſcopalem, *qualem habent Vicarius Epiſcopi, Capitulũ Cathedrale ſede vacante, Legatus à latere, & alij Prælati vtentes dictâ iuriſdictione* G. IV. *Præſcindẽdo* à priuilegio ſpeciali H; *vbi acceptata ſunt Decreta recentiora Pontificum, omnino impertienda eſt ab* Ordinario *Confeſſarij* I. V. *Eius tanta eſt neceſsitas, vt abſq; illa nullus ſacerdos, ſiue Sæcularis, ſiue Regularis non ſolùm licitè, ſed neque validè poßit à peccatũ abſoluere vllum ſæcularem* K, *neque inde excipiuntur vel Prælati Regulares* L, *vel ipſi etiam Theologiæ Sacrorúmue Canonum Doctores, ac Profeſſores* M. VI. *In ea conferenda attendendum non ſolùm ad ſcientiã; verùm etiam ad pruden-*

Digitized by Google

dentiam, ætatem, ac mores approbandorum N; *quamuis ſi contrarium non conſtet, ſemper præſumendi ſint idonei quòd ad alia*, exceptâ ſcientiâ O. VII. Beneficio parochiali annexa *durat, dum* beneficium *retinetur; poteſt tamen iuſta ex cauſa illius vſus ſuſpendi* P: *aliàs tamdiu perſeuerat, quandiu eſt conceſſa* Q, *niſi interim reuocetur* R. VIII. *Per mortem concedentis non extinguitur* S. IX. *Probabile eſt, eam abſque iuſta cauſa validè reuocari non poſſe* T. X. *Epiſcopo approbationem iniuſtè denegante non modò ſæculares* V, *ſed neque Regulares* Mendicantes X, *hoc tempore pro approbatis habendi ſunt.* XI. *Approbari poteſt Confeſſarius* cum limitatione *ad tempus, & perſonas; taliſq; limitatio licet iniuſtè apponatur, valida eſt* Y, *ex Declaratione tamẽ Sacræ Congregationis confirmata ab Vrbano VIII. Regulares non ſunt approbãdi huiusmodi limitatione adiuncta* Z, XII. *Iidẽ Regulares ſemel approbati ab eodem Epiſcopo in eadem Diœceſi nec ite-*

terum examinandi, nec ab Approbatione ſuſpendendi ſunt, niſi ex noua cauſa ad confeßiones pertinente W; à Succeſſore *vtrumq; fieri poteſt* AA. XIII. *Poſt recentiora* Decreta ſummorũ Pontificũ BB, *tã ſæculares, quàm regulares* DD *in vna diœceſi approbati, vt in alio Epiſcopatu validè audire poßint cõfeßiones hominũ alterius Diœceſis, in qua approbati non ſunt, nouâ opus habent Approbatione illius Epiſcopi, in cuius Diœceſi reperiuntur; an autem ab hac generali doctrina excipiendi ſint Religioſi aliqui ſaltem itinerantes, dependet ex eorundem* priuilegis EE. XIV. *Approbatus in vno loco, ſi alið diſcedat, vbi non ſit approbatus, redux approbationem priorẽ recuperat* FF, *tãetſi alibi interea domicilium habuiſſet* GG; *dummodo in Diœceſi, ad quam poſtliminio redit, nõ fuerint reuocatæ Approbationes* HH XV. *Habens beneficium Parochiale in ſua Diœceſi, abſque vlla alia Approbatione poteſt vbiq; terrarum excipere confeßiones, ſi à Parocho, vel alio ſuperiore pœniten-*

nitentium, Iuriſdictionem accipiat II. XVI. Epiſcopus aliquē approbat eo ipſo, quòd ſciens volens ei præcipit, vt Confeſſiones audiat KK XVII. Approbatione Epiſcopi ad audiendas confeſſiones indiget Parochus beneficio relicto LL. XVIII. Non approbato Sacerdoti nequit Parochus delegare ſuam iuriſdictionem excipiendi confeſſiones M M, ſicut poterat ante Concilium Tridentinū; imò nec ſufficit approbatio cuiuscunq; Epiſcopi, vt à Parocho quis poſſit exponi ad audiendas confeſſiones; ſed neceſſaria eſt Approbatio ab Ordinario loci, in quo excepturus eſt confeſſiones N N; contraríaq; Religioſorum Priuilegia ab Vrbano VIII. peculiari Decreto anno 1628. ſublata ſunt OO. XIX. Approbatus ab Epiſcopo pro vno tantùm loco, aut pro certis perſonis, pueris v.g. vel ruſticis, vi Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, aut ſimilis Priuilegij probabiliùs nequit eligi in toto Epiſcopatu, vel ab omnibus P P. Similitérq; quando in huiusmodi indultis expreſſè ponitur, vt eligatur confeſſa-

rius ab Ordinario approbatus, *verius eſt à Religioſis adlucrandum Iubileum, indulgentias &c. haud poſſe eligi* non-approbatum *ab ordinario* QQ. XX. *Quamuis ex natura rei per hanc approbationem non conferatur vlla* iuriſdictio *ad audiendas confeſſiones, vt patet in multis Religioſis, qui licet approbentur ab Epiſcopo, iuriſdictionem tamen habent immediatè à Summo Pontifice; alij tamen Sacerdotes quotieſcunq; ab Ordinario approbantur ad audiẽdas cõfeſſiones, ſemper illis ab eo confertur Iuriſdictio* RR. XXI. *Denique non ſufficit amplius, etiam in Regularibus Approbationẽ petitam fuiſſe, & denegatã* SS.

A. Dogma Fidei ex Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de reformat. *B.* Lugo diſp. 21. ſect 1. n. 2. Palao Tr. 23. d. vn. p. 17. §. 2. n. 1. aliiq; apud hũc. *C.* Diana To. 2. Tr. 2. reſol. 44. & alij, quos ſequuntur Lugo diſp. 18. ſect. 3. & diſp. 21. ſect. 1. n. 1, ac Buſenbaum lib. 4. Tr. 4. cap. 2. dub. 2. n. 3. *D.* Suar. diſput. 28. ſect. 5. n. 7. Palaus p. 17. cit. atque Lugo diſp. 21. ſect. 1. n. 25. contra Bonacinam, *E.* Suar. ibid. & Lugo n. 26. *F.* Hurtad. diſp. 10. diff. 16. in finc, Palaus p. 17. §. 1. n. 1. & Lugo n. 26. *G.*

Eſt

Eſt indubitata. Videantur Lugo ibid. n. 13. & P. Sanch. lib. 3. de Matrim. diſp. 28. *H*. Quale Priuilegium à Gregorio XIII. habẽt Sacerdotes Societatis noſtræ in itinere verſãtes. *I*. Suar. d. 28. ſect. 6. n. 6. Coninck diſp. 8. dub. 7. n. 50. Fagund. de 2. Eccleſ. præcepto lib. 7. cap. 20. n. 92. Palaus p. 17. §. 3. n. 4. imò & Sacra Concilij congregatio, atque ipſemet Vrbanus VIII. in Decreto edito anno 1628. cuius meminit Lugo Cardinalis diſp. 21. ſect. 2. *K*. Vaſq q. 93 a. 1. dub. 3. Suar. diſput 28. ſect. 5. & 6. Sanch. lib. 6. de Matrim. diſp. 38. n. 20. Coninck diſp 8. dub. 7. n. 49. Fagund. lib. 7. cap. 2. n. 42. & Bonac. diſp. 5. q 7. p. 4. §. 1. n. 9. *L*. Suar. diſp. 28. ſect. 4. n. 21. & Lugo diſp. 21. ſect. 1. n. 10 *M*. Suar. ibid. n. 4. aliiq; quos citat, & ſequitur Palaus hîc p. 17. §. 2. n. 2. *N*. Palaus ibid. n. 2. & alij paſſim. *O* Hurtadus diſp. 10 diff. 16. §. *dicta autem approbatio*. *P*. Suar. diſp. 28. ſect. 2. n. 8. Reginald. lib. 1. n. 201. & Palaus §. 4. n. 1. *Q* Palaus n. 2. *R*. Idem n. 5. & alij apud ipſum. *S*. Communis Doctorum conſenſus, vt teſtatur Hurtad. diſp. 10. diff. 19. *T* Palaus. §. 4. n. 6. & alij apud ipſum. *V* Hurt. diſp. 10. diff. 16. & Suar. Vaſq ac Coninck, quos refert, & ſequitur Palaus p. 17. §. 3. n. 9. *X*. Suar. diſp. 28. ſect. 5. n. 13. Vaſq. q. 93. a. 3. dub. 3. Coninck diſp. 8. dub. 7. n. 58. Filiuc. To. 1. Tr. 7. cap. 9. n. 257. Lugo diſp. 21. ſect.

3.n.52.& alij multi relati à Diana To.2.Tr. 2 reſol.24. *Y*.Suar.diſp.28.ſect.7.num.19. Vaſq.q 93.a.3.dub 5.n.4.&Lugo diſp.21. ſect.3.§.1.n.57. *Z*.Apud Caſpenſem diſp. 5.ſect.9.*VV*.Eadem Sacra Congregatio in Declaratione n.præcedente citata *AA*. Caſpenſis diſp.5.ſect.9. Hurtad. diſp. 10. diff.17.& Sanctius in ſelectis diſp.48. *BB*. Quæ videri poſſunt apud Lugonem diſp. 21.ſect.2.& Caſpenſem diſp.5. ſect. 8. *CC*. Citati.*DD*.Idem,patétq; *ex Decreto* Vrbani VIII edito anno 1628 quo reuocat omnia Priuilegia,& licentias audiendi confeſſiones Omnibus Ordinibus, vel Congregationibus ſine Approbatione ab Epiſcopis Diœceſanis, & abſque examine præuio ab eodem Ordinario, *EE*. Videatur Lugo n. 43. *FF*. Fagund. de 2. Eccleſ. præcepto lib.7.cap.2.n.20.Palaus p. 17.§. 4 n.3.& pluribus relatis Barboſa de Poteſtate Epiſcopi alleg.15. n.12. *GG*.Lugo diſp.21. ſect.2.n.44 *HH*.Supponitur paſſim ab Authoribus.*II*. Suar.d.28.ſect.4. n. 16.Vaſq.q.93.a.3.dub.4.n.2.Henriq.Lug. diſp. 21.ſect.1.n. 8. & alii, quos refert, ac ſequitur Fagund. de 2. præcepto Eccleſ. lib 7.cap.2.n.36 *KK*.Caſpenſis d.5.ſect.7. n.53.*LL*.Lugo diſp.21.ſect.1.n.8.*MM* Vera,& communis ſententia, vti videre eſt apud Lugonem ſect.cit.n.6. eámque Declarauit ſacra Congregatio, vt teſtatur Petrus Fay hîc q.8.a.5.diſput.1.*NN*.Suar.

Vaſq.

Vaſq. & Lugo, quos refert, ſeqitúrq; Caſpenſis diſp.5. ſect 8 n. 66. contra Ledeſmam, Ioannē de La Cruz, Henriq. & Coninck apud Dianā Tom. 2. Tr. 4. reſol. 10. *OO.* Idem ibidem. *PP.* Suar. diſput. 28. ſect. 7. n. 3. Rodriq. To. 1. cap. 60. n. 4. concl. 4. Lugo diſp. 21. ſect. 1 n. 16. aliíq; non pauci apud Sanch. lib 8. de Matrim diſp. 34. n. 19. Cōtraria tamen opinio probabilis eſt, atque in praxi tuta propter Authoritatem Henriquetij lib. 6. c. 6. n. 8. Fagund. lib. 7. c. 2. n. 47. Bonacinæ. diſp. 5. q. 7 p. 4. §. 1. n. 23. & aliorum apud Lugonem n. 15. eam ſequentium, *QQ.* Suar. diſp. 28. ſect. 6. n. 11. Reginal. To. 1. lib. 1. c. 15. ſect. 2. n. 175. Lugo d. 20. ſect. 8. n. 141. & apud ipſum cōm. ſentētia, à qua tamen recedunt Bonac. d. 5. de Sacr. q. 7. p. 4. §. 1. n, 25. & Palaus p. 17. *RR.* Caſp. diſp. 5 ſect 7. n, 53. *SS.* Lugo d. 22. n. 29 & 51. cōtra Coninck, Laym. &c.

184.

Deputatio à Superioribus in Confeſſarijs Regularibus prærequiſita.

E*xtra caſū neceſſitatis, nullus* Regularis *Religionū gaudentiū Priuilegio à Iulio III. Patribus Dominicanis dato, anno* 1515. *die* 14. *Ianuary,* licitè validéue *audire poteſt vllam confeſſionem peccati lethalis, nunquam antea* clauibus ſubiecti, *niſi à* Superiore, *aut* Prælato *ſuo fuerit tanquam idoneus expoſi-*

tus

tus A, *& quidem tametſi eſſet approbatus ab* Ordinario, *aut etiamſi pœnitens ex bulla aliqua, alióue Summi Pontificis priuilegio poſſet eligere quemcunq; Confeſſarium tam Regularem, quàm ſæcularem* B; *id quod nonnulli aſſerendũ quoque putant* de confeſſionibus venialium, ac mortalium iam antea per Sacramentum Pœnitentiæ ritè expiatorum C. II. *Regulares deputati pro certis perſonis tãtùm, neq; licitè neq; validè audire poſſunt confeſſiones aliorum* D. III. *Quamuis aliquibus in Religionibus (inter quas noſtra quoq;* Societas) *Confeſſarius conſtitui non debeat abſq;* Prouincialis *approbatione, per hoc tamen non tollitur, quin* Rector, *&* Prę-latus immediatus *ſemel, atq; iterum dare poßint licentiam confitendi alicui alteri* E; *& per conſequens hanc facultatẽ ſibi quoq; ipſi aſſumere poterunt* F. *An autẽ huiuſmodi* Superior *ſine* Prouincialis *approbatione conſtituere poſſit Confeſſarium* Ordinarium *Collegij, aut Monaſterij, maximè ſi facilis ſit re-*

curſus ad Prouincialem, *haud omnino liquet; probabilius tamē videtur validè quidem, at contra Regulas talem Confeſſarium ab eo conſtitutum iri* G.

A.Laym.lib.5.Tr.6 c.10.n.19. Palaus Tr.23.d.vn.p.14.n.24.& Aſcanius Tamb. diſp. 6.q.15. *B*. Iidem. C. Paludanus & alij apud Tābur.paulò antè citatū. Vide §. 200.th.2. *D*.Henriq & alij, quos citat, ſequitúrq; Tāb n.8 *E*.Lugo d.10.ſ.5.n.66. *F*.Idē ibid. *G*.Eminentiſſimus pręcitatus.

185. Probitas Cōfeſſarij.

Probitas *neceſſaria ad licitam adminiſtrationem huius Sacramenti conſiſtit* in ſtatu gratiæ; *quæ proinde à Cōfeſſario, ſi exiſtat in peccato lethali, vel per* Confeſſionem, *vel per* Contritionem *procuranda eſt* A. II. *Status hic gratiæ probabiliùs non requiritur* ſub mortali, *tempore, quo Sacerdos pœnitenti dat aures; ſed ſolùm quando profert* Formam eſſentialem abſolutionis B. III. *Vrgente neceſſitate, ne pœnitens abſq;* Abſolutione *moriatur, ſi nequeas te illico ad* Contritionem *diſponere, excuſaris ab ea præmittenda* Abſolutioni.

A.Aſ-

A. Aſſertio apud Doctores indubitata *B*. Lugo diſp. 21. ſect. 4. & in Tr. de Sacra. in genere diſp 8. ſect. 9. contra. Vaſq. hic diſp. 28. ſect. 1. n. 3. *C* Lugo ibidem.

Sciẽtia Cõfeſſarij.

186.

Certum eſt in Confeſſario ad miniſterium ſuum debito modo *exercendum*, per ſe loquendo *neceſſariam eſſe competentem* Scientiam A. *ſpeciatim autem præter alia paßim nota exigitur* I°, *vt in peccatis, quæ* communiter *cõmitti ſolent* ab ijs, pro quibus eſt expoſitus, *non ignoret quænam* plerumque mortalia & quænã venialia ſint, quæ circumſtantiæ mutent ſpeciẽ, quæ aggrauent duntaxat &c, B. II°. *neceſſe, vt quantùm ſatis eſt, ſciat quænam ſuorum pœnitentium noxæ* cenſuram, *quænã* reſeruationẽ *habeant* C. III°. *exigitur, vt poßit ſuos pœnitentes in futurum inſtruere, maximè quoad vitandas occaſiones proximas peccati mortalis, reſtitutiones faciendas, reſcindendos cõtractus &c.* D; *quanquam hinc facilè ſe expedire ſæpe poterit, ſi obliget pœnitentem, vt adeat viros doctos, illorúmq; conſilio ſtet* E.

A. In

A. Indubitata apud omnes aſſertio. *B*. Lugo diſp. 31. ſect. 4. n. 70. & alij communiter. *C*. Præcitatus Author n. 70. *D*. Hurt. diſp. 10. diff. 15. *E*. Lugo ibid. n. 71.

187.

Corollaria ex dictis de Sciētia Cōfeſſarij.

Ex his ad Scientiam Confeſſarij requiſitis, *rectè infertur* I°. extra caſum neceſſitatis *peccare Sacerdotem audiendo confeſſiones ſine ſcientia requiſita*; grauiter *nempe vel* leuiter *pro ratione ſcilicet* defectûs ſcientię A. II°. *pro locorum, atq; pœnitentium diuerſitate, maiorem quoq; , vel minorem in Confeſſario doctrinam exigi*; inſigniq; *omnino* Scientia *inſtructos eſſe oportere, qui in ampliſſimis emporijs, Principúmq; magnorum curijs, &* cuiuscunque generis ac conditionis confitẽtibus *aures præbent* B. III°. *infertur haud eſſe neceſſariam Confeſſario doctrinam vel adeò excellentem, vt omnia dubia in ſacro tribunali occurentia, expedire valeat; vel talem, quâ in caſibus* communiter *accidentibus cuncta ex tempore diiudicare queat; ſed ſufficit ſi in ordine ad pœnitentes pro quibus eſt*

de-

Digitized by Google

deputatus, maiore ex parte poßit iudiciũ ferre de peccatis communiter illis occurrentibus, & quantùm ad alteram partem ſciat dubitare, & vel Authores, vel peritos conſulere C. IV°. *Infertur, quãdo in auditione Confeßionis occurrit dubium, vtrùm peccatum aliquod ſit veniale, aut mortale, & num vnam, an plures malitias ſpecie lethali diſtinctas habeat &c, ſi peccatum illud ſit de communiter contingentibus reſpectu pœnitentium, pro quibus eſt in Miniſtrum Sacramenti expoſitus, tenetur huiusmodi Confeſſarius diſcutere dubium, indagaréq; veritatem. E contrario ſecus dicendum ſi dubium occurens ſit de raro contingentibus reſpectu confitentium, pro quibus eſt expoſitus; in tali etenim caſu haud videtur teneri Confeſſarius deponere dubium; & quidem licet hîc & nunc id facilè fieri poſſet; verùm abſq; omni alia inquiſitione & cura poteſt abſolui pœnitens, cum intentione tamen eum abſoluendi ab omnibus in quantum poteſt, & indiget* D: *ídque verum etiamſi*

pœni-

pœnitẽs ipſe non ſit inuit⁹, vt differatur Abſolutio, donec dubiũ reſoluatur E. V°. *Infertur, pro ratione, & quantitate defectûs* Scientiæ neceſſariæ, *magis, minúſue grauiter peccare non ſolùm* Sacerdotem *extra neceßitatis caſum cõfeßiones excipiendo* F, *ſed etiam* Examinatores *falsò atteſtando eum tanto munere dignum* G, *imò &* Prælatos, *ac* Superiores ipſos, *ſi* ſcienter, *aut* temerè *indignũ exponãt, expoſitúmq; non remoueant* H. *quanquam non negandũ hos quãdoq; excuſari præficiendo oppidis exiguis Confeſſarios, ac Parochos indoctos, quando ſcilicet propter exiguitatẽ ſtipendij, rerúmq; penuriam, atq; incolarum egeſtatẽ non reperitur vir doctus, qui curam illam ſuſcipiat* I. *Deniq; infertur* VII°. *quamuis* ex neceſſitate *exponatur aliquis ſiue ad vnius, ſiue ad pluriũ confeßiones excipiẽdas, teneri nihilominus ipsũ tũ proprio ſtudio, tũ aliorũ conſilio, quantùm fieri poteſt tanto miniſterio exercendo ſe per doctrinam competentẽ dignũ reddere* K.

A. Cor-

A. Certa apud Theologos doctrina *B.* Hurt. diſp. 10. diff. 15. aliíq; paſſim. C Hurt. ibid. & Lugo diſp. 21. ſect. 4. num. 71. *D.* Hurt. diſp. 10. diff. 15. & Lugo n. 71. *E.* Sequitur ex doctrina prædictorum Authorum. *F* Lugo n. 72. & 73. *G.* Indubitata apud Theologos doctrina. *H.* Lugo diſp. 31. ſect. 4. n. 74. aliíq; communiter *I.* Idem Eminentiſſimus ibid *K.* Idē Author ibid.

Prudẽtia Cõfeſſarij.

188.

Confeſſarij Prudentia in tribus potiſſimùm conſiſtit I°. In interrogando *competenter pœnitente* A. II°. In imponenda ſalutari, & conveniente pœnitẽtia B. III°. In iniungẽdis ijs, ad quæ tenetur pœnitens, *licet non confiteretur; cuiusmodi ſunt rerum, famæ & honoris reſtitutio; vitatio occaſionis proximæ; ac executio illorum, ad quæ tenetur ratione ſui ſtatûs, officij, voti, iuramenti, legis, ſcientiæ, teſtamenti, pacti &c; ſi aliquo huiusmodi vinculo in conſcientia obligetur* C.

A. Ita paſſim. DD. *B.* Indubitata apud Theologos doctrina. C. Prem. in ſumma eorum, quæ requiruntur in Sacramento Pœnitentiæ n. 5.

Et-

189.

Etſi plures ex Interrogationibus, quas exhomologeſi à Confeſſario præmitti volunt nonnulli Summiſtæ inutiles planè ſint A; illa tamen haud dubiè ſæpe vtiliſſima eſt; quâ pœnitētes ignotos ſciſcitamur de diuturnitate temporis ab vltima confeſſione elapſi B. II. Quod nonnulli admonent, ne Sacerdos pœnitentis confeſſionem interrumpat, ſed ſi quid interrogandum, monendum &c, vt in finem differatur, vniuerſim loquendo conſultum non videtur; quia perrari ſunt adeò felicis memoriæ, (maximè ſi confeſſio ſit longior) vt nihil ipſis excidat. quare, aduertis vel quando ignorantiā in culpabilē, vel conſcientiā erroneā circa aliqua, vel obligationem reſtituēdi, aut quid huiusmodi, ſi non fidas memoriæ, cōſultius erit mox adiuuare breuiter pœnitentem; id quod pariter facere expedit circa numerum, ſpecies, atq; circūſtantias peccatorum neceſſariò explicandas C. III. Licet non rarò conſultum ſit dimittere è ſacro tribunali pœnitentes, qui competentem diligentiā

Munus Confeſſarij in interrogando Pœnitente.

Digitized by Google

*in examinanda conſcientia non adhi-
buêre, vt convenienter parati poſtea re-
deant* D; *ruſtici tamen*, cõmuniter lo-
quẽdo, *nõ videtur amãdãdi quia quãuis
millies hi ſeſe diſcutiant, vix paratiores
redibunt, quàm ſi ab ipſomet ſacerdote
mediocri ſtudio examinẽtur* E. IV. *Quo-
tiescũq; pœnitens vel absq; vllo, vel abſq;
ſufficiente examine ad confeſſionem ad-
mittitur*, ſub graui peccato *adiuuan-
dus eſt ita à Sacerdote, vt iuxta capaci-
tatem ipſius fiat Confeſſio* moraliter
integra F. V. *Quando omiſſio alicuius
peccati, circumſtantiæ, numeri, neceſſa-
rio in Confeſſione explicandi, prouenit
vel* ex inſufficientia Examinis, *vel*
ex ruditate confitentis, *tenetur Con-
feſſarius iuuare competenter pœniten-
tem, ídque verum, ſiue inſufficientia hæc
& ruditas, culpabiles, ſiue inculpabiles
ſint* G; *ſententiáq; contraria repugnat
apertè Cap.* Omnis vtriusq; ſexus de
pœnit & remiſſ. *vbi dicitur* (*ſit Sa-
cerdos diſcretus, & cautus, more periti
Medici, diligenter inquirens peccato-*

rum

num circumſtantias &c.) VI. *Similiter, licet conſtet à pœnitente diligenter examinatam fuiſſe conſcientiam, ſi tamen aduertat Sacerdos ipſum oblitum alicuius peccati, circumſtantiæ, vel numeri in Sacro tribunali explicãdi, omnino tenetur id ei in memoriã reuocare* H, *ídq; certum, quando id, quod omittitur, eſt in graue damnum tertij. Si verò à Confeſſario talis defectus non aduertatur, probabiléq; ſit à pœnitente ſufficiẽtem in examine diligẽtiam adhibitam, haud alijs interrogationibus diſcutiendus eſt* I; *& quidem, etſi probabiliter exiſtimaret Confeſſarius ſe ſuo examine, atq; interrogationib⁹ peccatũ aliquod lethale pœnitẽti in mẽoriã reuocaturũ* K.

A Lugo diſp. 22. ſect. 2. n. 14. *B.* Idem ibid. *C.* Lugo n. 15. *D.* Comm. aſſertio. *E.* Vaſq. q. 93. a. 3. dub. 7. n. 5. & Lugo n. 20. *F.* Certa apud Theolog. aſſertio. Videatur Lugo diſp. 22. ſect. 2. & diſp. 16. ſect. 14. n. 593. *G.* Vaſq. q. 93. a. 3. dub. 7. Suar. diſp. 31. ſect. 3. Hurt. diſp. 10. diff. 21. & Lugo d. 22. ſect. 2. *H.* Lugo diſp. cit. n 5. & alij apud ipſum. *I.* Hurt. ibid. §. *ſi verò Confeſſario*, atque Lugo num. 17. *K.* Vaſq. & Ochagauia. quos ſequitur Hurt. ſuprà.

Per

Digitized by Google

190.

Per ſe loquendo *non eſt maior, imò minor obligatio in Confeſſario ad interrogandum, examinandúmq; pœnitẽtem, quàm ſit in ipſo pœnitente ad recogitanda ſua crimina diſcutiendámque ſuam conſcientiam* A. *Hinc rectè* I°. *Infertur, quemadmodum pœnitens in examinanda ſua conſcientia non obligatur ad exactiſsimam, ſed ad* moralem *duntaxat diligentiam; ita neq; Confeſſariũ teneri ad* exactiſſimum examen *cum pœnitente inſtituendum; at ſolùm* ad humanam, moralémq; diſcuſſionẽ quæ ex ſe faſtidium non generet B. II°. *bene deducitur interrogationes à Confeſſario faciendas*, pœnitenti accomodatas eſſe oportere, *notitiámq; noxarum à ſingulis exigendam* ſecuncundum vniuſcuiuſq; capacitatem, *nempe ſubtiliorẽ à ſubtilioribꝰ, craſsiorẽ à craſsioribus &c.* C. *Vnde vlterius ſequitur* III°. cęteris paribus *pauciores, & craſsiores percõtationes proponẽdas* ruſtico, *quàm* homini ciuili, *minúſq;, ex-*

quiſi-

quiſitam notitiã exigendam ab ægro, *qui ob capitis, viriúmq; imbecillitatem nequit ad ſubtiliora animũ aduertere, quàm* ab eo, qui bonâ vtitur valetudine; *ac deniq; leuiùs examinandum eſſe circa ſingula, qui pluribus eſt implicitus peccatis, quàm qui paucioribus. nempe ſicuti huiusmodi pœnitentibus examẽ exquiſitius nimis difficile eſſet, ac de ſe ſufficiens ad reddendam eis cõfeſſionem grauem, odioſámq;: ita neque Confeſſarius ad illud cum pœnitente ſuſcipiendum adſtringitur; maximè cum multis aliàs ipſe obligationibus alijs obſtringatur* D. IV°. *conſequitur in hac pœnitentis diſcuſſione,* & per defectum, & per exceſſum *errari poſſe: priore modo peccant, qui aut nihil, aut craſſiora generaliáq; ſolummodo interrogant: poſteriore verò delinquunt, qui nimij ſunt in exquirẽdis peccatis* E. *Ex quo vlteriùs patet* V°. *à* Confeſſ*ario pœnitentem* interrogationibus ſubtiliſſimis *torqueri non debere; ſed* humano, prudentiq; ſolùm modo *eum eſſe inter-*

rogandum;& quidem licet aliàs vel crimen aliquod, vel circũſtantia, vel noxarum numerus de ſe cæteroquin in cõfeſſione explicandus, *omittẽdus probabiliter crederetur* F. VI°. Colligitur, *cur à meretrice, cõcubinario, aliíſq; ſimilibus minùs exactè exigamus criminũ numerum, quàm ſi vel per menſem, vel per hebdomadem duntaxat in eo flagitio vixiſſent.* Ratio *nimirum eſt, quæ ſuperiùs inſinuata fuit; quia ſcilicet diligentia, quæ pro vnius menſis noxis exactè confitendis exigitur, ſi eadem pro vita diuturniore examinanda,* cum proportione *adhiberetur, tantã difficultatem, tantámq; moleſtiã de ſe crearet, ad quantam* integritas materialis Confeſſionis *nequaquã adſtringit* G. *Deniq; deducitur* VII°. *nõ poſſe dari* regulã vnã eandémq; in ſpecie, pro omnibus, *de ratione huius examinis cũ pœnitẽtibus inſtituendi* H. *& ratio eſt, quòd nec capacitas, nec aliæ circumſtantiæ, à quib⁹ depẽdet ratio* talis examinis, *ſint in omnibus eadẽ, vti de ſe manifeſtũ eſt.*

A, Lu-

A. Lugo diſp 16. ſect. 14. n. 590. & 591. atq; Tamb. lib. 5. cap. 9. §. 3. n. 10. *B.* Lugo ibid. n. 590. cui ſubſcribit Tamb. n. 10. *C.* Lugo n. 594. quē ſequitur Tamb. n. 11. *D.* Iidem ibid. *E.* Præcitati. *F.* Lugo n. 591. & 592. atque Tamb. ibidem n. 10. *G.* Iidem. *H.* Præcitati.

191.

Rectè aduertunt hîc nonnulli moderationem hanc in interrogando pœnitente maximè deſiderari circa res obſcænas A. *Quare quiſquis magnum hoc Sacramentum adminiſtras, caueas* I°. *ne in circumſtantijs* ſexti præcepti *minutias, atq; nō neceſſaria percontenis* B. II°. *animaduertas, ne pœnitens interrogationibus tuis malè diſcat, quod bene ignoraret* C. III°. *ſcito præſtare interdū minùs perfectè pœnitentis peccatum intelligere, quàm vel illi, vel tibi ſcandalumcreare* D.

A. Angel. in ſumma v. *interogationes n.* 1. Coninck diſp. 7. dub. 7. n. 56. Fagund. de 2. præcepto Eccleſ. lib. 4. c. 2. n. 8. Homobonus in Exam. Eccleſ. p. 1. Tr. 4. c. 12. q. 11. Dian. To. 2. Tr. 4. de Sacr. reſol. 99. Lugo diſp. 16. ſect. 14. n. 595. & Tamb. lib. 2. §. 10. n. 77. *B.* Filliuc. in Inſtructione breui

pro Confeſſarijs c. 1. initio. ac Tamb. ibid. C. Lugo ſuprà D. Coninck. diſp. 7. de Sacrã. dub. 7. n. 56. atq; Tamb. loco ſuprà cit,

192.

Officiũ Confeſſarij in inſtruẽdo pœnitẽte.

Inter præcipua Confeſſarij munera eſt, vt exigẽte neceßitate inſtruat pœnitentem A. *Tenetur autem* I°. *amouere ab eo* conſcientiam erroneam, *quâ exiſtimat eſſe peccatum, quod reuera peccatum non eſt* B. II°. *Antequam pœnitentem abſoluat, ſi ſit opus, tenetur eum inſtituere in ijs, quæ* neceſſitate ſalutis *credenda ſunt* C. *quãquã quantùm ad hoc, ſatis eſt, ſi ea iam ſemel à pœnitente credita fuerint, quod in bene moratis, ſæpiúsq; confitentibus ſupponi poteſt* D. III°. *Quamvis valde conſultum ſit, vt Confeſſarius pœnitentem inſtruat de ijs, quæ* neceſſitate præcepti *credenda ſunt, quando is indiget; ad hoc tamen* per ſe loquendo *non tenetur; ſed muneri ſuo ſatisfaciet præcipiendo illi, vt ea poſtea addiſcat, inducendóq; illum ad dolendum, de negligentia, ſi qua interceßit* E. IV°. *Valde quoq; expedit, imò non rarò neceſſarium eſt, vt pueros*

hominéſq; rudiores excitet breuiter ad deteſtationem, doloréma; efficacem de peccatis; hi enim ſæpe non ſatis aduertunt ad ea, quæ ad Contritionem *neceſſaria ſunt* F.

A Indubitata apud Theolog. doctrina. *B.* Sanch lib. 2. de Matrim. diſp. 38. n. 5 ac Tamb. lib 3. c. 4. n. 3. *C.* Comm. DD. ſenſus. *D.* Tamb. n. 3. Videriq; poteſt Sanch. lib. 2. in Dec. c. 3. n. 18. & n. 24. *E.* Sanch. ibid. n. 23. atq; Tāb n. 2. *F.* Tāb. Lib. 3. c. 5. §. 2. n. 9.

193.

Præterea tenetur Confeſſarius amouere à pœnitente non tantùm ignorantiam vincibilem A, *verùm etiam* inuincibilem B, ſiue ea ſit iuris naturalis, *ſiue* Diuini, *ſiue* humani C; *& quidem obligatur ad hoc ſemper, quando ignorantia pœnitentis redundat in damnum contra* bonum publicum, *aut* Religionis D; *in alijs tamen caſibus quandoq; excuſatur, vt* I°. *quando admonitio in commodius tempus differenda videtur* E. II°. *quando graue damnū, magnáue infamia, vel ipſiusmet pœnitentis, vel alicuius alterius prudenter ti-*

meretur F. III°. *quando putatur pœnitens* malâ fide *permanſurus in eodem opere, in quo prius* bonâ fide *perſeuerabat* G; *idq; etiam habet locum* in materia Iuſtitiæ H. IV°. *Nonnulli* I *excuſant ab hoc officio* Confeſſarium *etiam* ratione ſcandali, *quod timetur in pœnitente; probabilius tamen eſt hoc non excuſare, ſi ſit momentaneum, ac breue, affulgeátq; ſpes, quòd licet tunc non proſit admonitio, futurum tamen, vt breui pòſt proſſit* K. *Quando autē* Confeſſarius *dubitat, vtrùm* admonitio *profutura ſit, an potiùs obfutura? verior ſententia habet debere monere, ſi tantùm dubitet de profectu, nullúmq; inde timeat damnum* L: *ſi verò dubium ſit, nū ſit profutura, an obfutura, comparanda eſt vtilitas, & damnum, gradúsq; timoris, ac ſpei, atq; omnibus penſatis, eligendum eſt illud, quod præponderare iudicatur* M.

A. Certa doctrina, vt videre eſt apud Vaſq. q. 93. a. 3. dub. 9. & Dicaſt. d. 10. dub. 28. n. 530. *B.* Comm. DD. ſententia, vti teſtatur P. Dicaſt. num. 351. C. Sanch. lib. 2 de

Ma-

Matrim. diſp. 38. n. 6. & Tamb. lib. 3. c. 4. n. 3. *D*. Lugo diſp. 22. ſect. 2. § 11. Tamb. n. 5. atq; Dicaſt. n. 543. E. Lugo ibid. Tamb. n. 7. *F*. Sanch. ibid. n. 7. & Tãb. §. cit. atq; Dicaſt. num. 532. & ſeqq. *G*. Dicaſt. n. 532. aliíq; apud ipſum. *H*. Idem ibid. *I*, Apud Præcitatos. *K*. Sanch. n, 16. & alij, quos refert, ſequitúrq; P. Dicaſt. n. 544. *L*. Lugo n. 31. Dicaſt. n. 544. & Granad. in ſimili 2. 2. C. 3. Tr. 12. diſp. 1. n. 6. *M*. Filliuc. Tr. 28. c. 6. n. 35. Tamb. n. 9. & Lugo, ac Dicaſt. citati.

194.

Quando confeſſarius aduertit pœnitentem verſari in graui errore, v. g. eum non contraxiſſe verum Matrimonium, & in eo nihilominus permanere, non ſtatim detegere ipſi debet errorem, ſed præmiſſo prudente examine diſpiciendũ prius eſt, vtrùm error ille ſit inuincibilis, *& num vtiliter ac ſine damno moneri poſſit pœnitens, atq; inde decernendum, expediat necne ipſum relinquere in ſua bona fide, an verò eum admonere oporteat* A. II. Admonitio *à Confeſſario non ſemper eſt præmittenda* Abſolutioni, *ſed per ſe loquendo, tam antè, quàm pòſt fieri poteſt* B; per accidens

tamen quandoq; admonendus eſt pœnitens ante Abſolutionem, quando ſcilicet probabiliter creditur admonitionē profuturam ante Abſolutionem, non autem poſtea C: *quandoque verò Abſolutioni poſtponenda, quando nimirum timetur, ne impediatur fructus Sacramenti* D.

A. Vaſq. q. 93. a. 5. dub. 9. & Dicaſt. n. 542. *B*, Sanch. lib. 2. de Matrim. diſp. 30. n. 5. *C*. Dicaſt. n. 531. *D*, Sanch. n. 16. & alij apud ipſum, quibus quoq; fauet Lugo. n. 30.

Confeſſarij obligatio ad reſpondēdum interrogatis à pœnitēte.

195.

Ad Confeſſarij officium ſpectat quoq; fideliter, & ſincerè reſpondere ad interrogata pœnitentis A; *& quidem* I°. *ſi interroget ipſum de veritate aliqua in ordine ad praxin, tenetur eam illi dicere* B, *niſi graue damnum inde timeretur* C; *imò ex probabiliore ſententia ea quoq; manifeſtanda eſt, etiamſi hæc nihil illi profutura putaretur* D. *hinc* cōiugi putatiuo *dubitanti de valore Matrimonij, proptereáq; de eo in ſacro tribunali interroganti dicenda eſt veritas* E; *& diſſimulando, aut æquiuocando peccaret Confeſſarius, cùm tunc pœ-*

nit-

nitens habeat ius ex eo quærendi veritatem in ijs, quæ ipſum agere oportet, ſciréq; debet, vt rectè operetur F. *Si verò* II°. *interrogetur, an ſit aliqua ſententia, quæ liberet pœnitentem ab aliqua obligatione, v.g. à reſtitutione facienda, tenetur illi manifeſtare opinionem probabilem ipſum liberantem à tali obligatione, illámq; ſubticendo deciperet* interrogantem, *atq; hac deceptione in cauſa erit, vel vt cogatur reſtituere, vel vt peccet ſi exiſtimans ex omnium opinione ſe obligari ad reſtitutionem faciendam non reſtituat* G. *Deniq;* III°. *ſi interrogetur ſolùm de aliqua ſententia (quæcunque illa ſit,) iuxta quam poſſit aliquid agere, vel omittere poteſt, vel iuxta* propriam, *vel iuxta* aliorum opinionem *illi reſpondere* H.

A. Sanch. n. 14. Suar. diſp 32. ſect 4 Lugo n. 29. Tamb. n 8. *B*. præcitati, & Dicaſt. n. 541. C. Ouied. 1. 2. Tr. 5. C 3. p. 3. n. 23. *D*. Citati. Litt. A. E. Iidem. *F*. Videantur Dicaſt. ſuprà, & alij citati. *G*. Salas. P. Sanch. & Palaus, quos refert ſequitúrque Ouied. ſuprà, n. 26. *H*. Ouied. n. 28.

196.

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſarius cũ pœnitente ſubticẽte crimẽ

Quando euidenter Confeſſario conſtat à pœnitente cõmiſſum fuiſſe crimen aliquod, quod neque ex ſe, *neque* interrogatus *confitetur, confiteríue vlli alteri potuit; ſi eidem inſuper* manifeſtè *liqueret à confitente* ſacrilegè ſubticeri ſcelus, *nequaquam illum abſoluere poſſet* A; *quia tamen plerunque dubitare poteſt, habeátne pœnitens rationabilem aliquã cauſam illud ſubticendi,* regulariter *abſoluendus eſt* B. II. *Si Sacerdos ex alterius confeßione nouit à Petro v. g. crimen aliquod patratum, quòd nondum ritè expiatum ſit, ipſe autem Petrus in ſacro tribunali interrogatus id neget, ei potiùs, quàm alteri fides adhibenda, adeóq; abſoluendus eſt* C. III. *Quando Sacerdoti conſtat à pœnitente reticeri peccatum aliquod graue, ſi reticentia hæc oriatur ex culpabili, ſiue inculpabili defectu, tenetur id ei Confeſſarius in memoriam reuocare* D. IV. *Si Miniſter huius Sacramenti ex confeßione vel* complicis,

vel

vel alterius pœnitentis *colligat noxã alicuius confitentis, quam hic tamen in exhomologeſi reticeat, Confeſſario diligenter cauendum eſt, ne vtendo ſcientiâ confeſſionis factæ ab altero frangat* ſigillum ſacramentale E.

A. Suar. diſp. 23. ſect. 3. n. 9. Fagund. lib. 6. de 2. præcepto Eccleſ. cap. 4. n. 38. atq; Tamb. lib. 3. c. 9. §. 2. n. 5. *B*. Tamb. ibid. n. 6. *C*. Idem n. 7. *D*. Ibid. n. 8. *E*. Vide dicenda cap. vltimo.

197.

Ex quanam opinione Confeſſarius pœnitẽtem abſoluere teneatur.

Confeſſarius certò vel euidenter iudicans ſententiam pœnitentis falſam eſſe, ei ſe accommodare nequit, etiamſi aliàs aliqui probabilẽ eam putent A; *poteſt tamen, imò debet contra* propriã opinionem, *etſi probabiliorem abſoluere pœnitentem amplectentem* probabilem doctrinam B: *& quidem Parochus tenetur ad hoc toties, quoties recurrit ad ſe pœnitens* C; *Sacerdos autem nõ obligatus ad confeſſionem eius audiendam, licet pro eâ vice auditâ Confeſſione ad idem teneatur; poteſt tamen eum monere, ne iterum redeat, niſi eam o-*

pinionem deponat D; *imò* (*ſi ſaluo ſigillo fieri queat*) *poteſt ſe ſubtrahere ab audienda illius exhomologeſi, quod non licet Parocho* B. II. *Obligatio hæc abſoluendi huiusmodi pœnitentem* ex genere ſuo *gratis eſt* F; *oritúrq; tum ex iuſtitia, tum ex reuerentia debita Sacramento, tum ex Charitate erga pœnitētem* G. *Sacerdos nihilominus talem pœnitentem amandans non rarò excuſatur à peccato lethali, non modò propter bonam fidem, Zelúmue erga probabiliorem ſententiam; ſed etiam ratione leuitatis materiæ, vt ſi de paucis duntaxat venialibus quis fuiſſet confeſſus, vel de tali materia, cuius repetitio apud alium Confeſſarium pœnitenti non eſſet graui oneri* H. III. *Vt Confeſſarius poſſit, ac debeat accomodare ſe opinioni pœnitētis, non eſt ſatis eam pœnitenti videri probabilem, ſed oportet illam eſſe talem in ſe, vel per rationes intrinſecas, vel per authoritatē extrinſecam idonei alicuius Authoris; quo ſi careat opinio cōfitentis pro falſa, atq; erronea habenda*
eſt

eſt: proindéq; cum illo gerere ſe debebit Confeſſarius, ſicuti ſe gereret cum culpabiliter, *vel* inculpabiliter *ignoranter*, *de quo §. præcedente.*

A. Eſt cõmunis, ſupponitúrq; à DD. paſſim. *B.* Suar. diſp. 22. ſect. 5. Sanch. lib. 1. in Dec. cap. 9. n. 28. & 29. Pal. To. 1. diſp. 2. de Conſcientia opin. p. 5. n. 3. *C.* Lugo diſp. 22. ſect. 2. n. 38. & Tamb. lib. 3. cap. 9. §. 1. n. 1. *D.* Iidem. *E.* ibidem. *F.* Tamb. n. 2. *G.* Cõmunis DD. aſſertio. *H.* Suar. cit. n. 2. Sanch. n. 29. ac Tamb. n. 4. *I.* Lugo n. 45. & Tamb. n. 4.

198.

Quid agendũ Confeſſario, qui cũ pœnitẽte errauit?

Errores, qui à Confeſſario in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ committi poſſũt, in triplici claſſe exiſtunt A. In prima claſſe *ſunt errores commiſſi* contra valorem Sacramenti, *vt ſi ſine Iuriſdictione, intentione, aut pœnitẽtis diſpoſitione detur Abſolutio* B. *quãdo ergo Confeſſarius hac ratione errauit, ſi* fide mortaliter malâ *egit, obligatur etiam graui ſuo cum incommodo pœnitentem de defectu admiſſo admonere* C: *ſi verò vel* bonâ, *vel* non niſi venialiter malâ fide *proceſſit, ſitque periculum*

rogandum;& quidem licet aliàs vel crimen aliquod, vel circũſtantia, vel noxarum numerus de ſe cæteroquin in cõfeſſione explicandus, *omittẽdus probabiliter crederetur* F. VI°. Colligitur, *cur à meretrice, cõcubinario, aliiſq; ſimilibus minùs exactè exigamus criminũ numerum, quàm ſi vel per menſem, vel per hebdomadem duntaxat in eo flagitio vixiſſent.* Ratio *nimirum eſt, quæ ſuperiùs inſinuata fuit; quia ſcilicet diligentia, quæ pro vnius menſis noxis exactè confitendis exigitur, ſi eadem pro vita diuturniore examinanda,* cum proportione *adhiberetur, tantã difficultatem, tantámq; moleſtiã de ſe crearet, ad quantam* integritas materialis *Confeſſionis nequaquã adſtringit* G. *Deniq; deducitur* VII°. *nõ poſſe dari* regulã vnã eandémq; in ſpecie, pro omnibus, *de ratione huius examinis cũ pœnitẽtibus inſtituendi* H. *& ratio eſt, quòd nec capacitas, nec aliæ circumſtantiæ, à quib⁹ depẽdet ratio* talis examinis, *ſint in omnibus eadẽ, vti de ſe manifeſtũ eſt.*

A. Lu-

A. Lugo diſp 16. ſect. 14. n. 590. & 591. atq; Tamb. lib. 5. cap. 9. §. 3. n. 10. *B.* Lugo ibid. n. 590. cui ſubſcribit Tamb. n. 10. *C.* Lugo n. 594. quē ſequitur Tamb. n. 11. *D.* Iidem ibid. *E.* Præcitati. *F.* Lugo n. 591. & 592. atque Tamb. ibidem n. 10. *G.* Iidem. *H.* Præcitati.

191.

Rectè aduertunt hîc nonnulli moderationem hanc in interrogando pœnitente maximè deſiderari circa res obſcænas A. *Quare quiſquis magnum hoc Sacramentum adminiſtras, caueas* I°. *ne in circumſtantijs* ſexti præcepti *minutias, atq; nō neceſſaria perconteris* B. II°. *animaduertas, ne pœnitens interrogationibus tuis malè diſcat, quod bene ignoraret* C. III°. *ſcito præſtare interdū minùs perfectè pœnitentis peccatum intelligere, quàm vel illi, vel tibi ſcandalum creare* D.

A. Angel. in ſumma *v. interogationes n.* 2. Coninck diſp. 7. dub. 7. n. 56. Fagund. de 2. præcepto Eccleſ. lib. 4. c. 2. n. 8. Homobonus in Exam. Eccleſ. p. 1. Tr. 4. c. 12. q. 11. Dian. To. 2. Tr. 4. de Sacr. reſol. 99. Lugo diſp. 16. ſect. 14. n. 595. & Tamb. lib. 2. §. 10. n. 77. *B.* Filliuc. in Inſtructione breui

Digitized by Google

pro Confeſſarijs c. 1. initio. ac Tamb. ibid. C. Lugo ſuprà D. Coninck. diſp. 7. de Sacrã. dub. 7. n. 56. atq; Tamb. loco ſuprà cit.

192.

Officiũ Confeſſarij in inſtruẽdo pœnitẽte.

Inter præcipua Confeſſarij munera eſt, vt exigẽte neceßitate inſtruat pœnitentem A. *Tenetur autem* I°. *amouere ab eo* conſcientiam erroneam, *quâ exiſtimat eſſe peccatum, quod reuera peccatum non eſt* B. II°. *Antequam pœnitentem abſoluat, ſi ſit opus, tenetur eum inſtituere in ijs, quæ* neceſſitate ſalutis *credenda ſunt* C. *quãquã quantùm ad hoc, ſatis eſt, ſi ea iam ſemel à pœnitente credita fuerint, quod in bene moratis, ſæpiúsq; confitentibus ſupponi poteſt* D. III°. *Quamvis valde conſultum ſit, vt Confeſſarius pœnitentem inſtruat de ijs, quæ* neceſſitate præcepti *credenda ſunt, quando is indiget; ad hoc tamen* per ſe loquendo *non tenetur; ſed muneri ſuo ſatisfaciet præcipiendo illi, vt ea poſtea addiſcat, inducendóq; illum ad dolendum, de negligentia, ſi quæ interceßit* E. IV°. *Valde quoq; expedit, imò non rarò neceſſarium eſt, vt pueros,*

hominéſq; rudiores excitet breuiter ad deteſtationem, doloréműq; efficacem de peccatis; hi enim ſæpe non ſatis aduertunt ad ea, quæ ad Contritionem *neceſſaria ſunt* F.

A Indubitata apud Theolog. doctrina. *B.* Sanch lib. 2. de Matrim. diſp. 38. n. 5. ac Tamb. lib 3. c. 4. n. 3. *C.* Comm. DD. ſenſus. *D.* Tamb. n. 3. Videríq; poteſt Sanch. lib. 2. in Dec. c. 3. n. 18. & n. 24. *E.* Sanch. ibid. n. 23. atq; Tāb n. 2. *F.* Tāb. lib. 3. c. 5. §. 2. n. 9.

193.

Præterea tenetur Confeſſarius amouere à pœnitente non tantùm ignorantiam vincibilem A, *verùm etiam* inuincibilem B, ſiue ea ſit iuris naturalis, *ſiue* Diuini, *ſiue* humani C; *& quidem obligatur ad hoc ſemper, quando ignorantia pœnitentis redundat in damnum contra* bonum publicum, *aut* Religionis D; *in alijs tamen caſibus quandoq; excuſatur, vt* I°. *quando admonitio in commodius tempus differenda videtur* E. II°. *quando graue damnū, magnáue infamia, vel ipſiuſmet pœnitentis, vel alicuius alterius prudenter ti-*

meretur F. III°. *quando putatur pœnitens* malâ fide *permanſurus in eodem opere, in quo prius* bonâ fide *perſeuerabat* G; *idq; etiam habet locum* in materia Iuſtitiæ H. IV°. *Nonnulli* I *excuſant ab hoc officio* Confeſſarium *etiam* ratione ſcandali, *quod timetur in pœnitente; probabilius tamen eſt hoc non excuſare, ſi ſit momentaneum, ac breue, affulgeátq; ſpes, quòd licet tunc non proſit admonitio, futurum tamen, vt breui pòſt proſſit* K. *Quando autē Confeſſarius dubitat, vtrùm* admonitio *profutura ſit, an potiùs obſutura? verior ſententia habet debere monere, ſi tantùm dubitet de profectu, nullúmq; inde timeat damnum* L: *ſi verò dubium ſit, nū ſit profutura, an obſutura, comparanda eſt vtilitas, & damnum, gradúsq; timoris, ac ſpei, atq; omnibus penſatis, eligendum eſt illud, quod præponderare iudicatur* M.

A. Certa doctrina, vt videre eſt apud Vaſq. q. 93. a. 3. dub. 9. & Dicaſt. d. 10. dub. 28. n. 530. *B*. Comm. DD. ſententia, vti teſtatur P. Dicaſt. num. 351. C. Sanch. lib. 2 de

Ma-

Matrim. diſp. 38. n. 6. & Tamb. lib. 3. c. 4. n. 3. *D.* Lugo diſp. 22. ſect. 2. § 11. Tamb. n. 5. atq; Dicaſt. n. 543. E. Lugo ibid. Tamb. n. 7. *F.* Sanch. ibid. n. 7. & Tāb. §. cit. atq; Dicaſt. num. 532. & ſeqq. *G.* Dicaſt. n. 532. aliíq; apud ipſum. *H.* Idem ibid. *I.* Apud Præcitatos. *K.* Sanch. n. 16. & alij, quos refert, ſequitúrq; P. Dicaſt. n. 544. *L.* Lugo n. 31. Dicaſt. n. 544. & Granad. in ſimili 2. 2. C. 3. Tr. 12. diſp. 1. n. 6. *M.* Filliuc. Tr. 28. c. 6. n. 35. Tamb. n. 9. & Lugo, ac Dicaſt. citati.

194.

Quando confeſſarius aduertit pœnitentem verſari in graui errore, v. g. eum non contraxiſſe verum Matrimonium, & in eo nihilominus permanere, non ſtatim detegere ipſi debet errorem, ſed præmiſſo prudente examine diſpiciendũ prius eſt, vtrùm error ille ſit inuincibilis, *& num vtiliter ac ſine damno moneri poſſit pœnitens, atq; inde decernendum, expediat necne ipſum relinquere in ſua bona fide, an verò eum admonere oporteat* A. II. Admonitio *à Confeſſario non ſemper eſt præmittenda* Abſolutioni, *ſed per ſe loquendo, tam antè, quàm pòſt fieri poteſt* B; per accidens

tamen quandoq; admonendus eſt pœnitens ante Abſolutionem, quando ſcilicet probabiliter creditur admonitionē profuturam ante Abſolutionem, non autem poſtea C: *quandoque verò Abſolutioni poſtponenda, quando nimirum timetur, ne impediatur fructus Sacramenti* D.

A, Vaſq. q. 93. a. 5. dub. 9. & Dicaſt. n. 542. *B*, Sanch. lib. 2. de Matrim. diſp. 30. n. 5. C. Dicaſt. n. 531. *D*, Sanch. n. 16. & alij apud ipſum, quibus quoq; fauet Lugo. n. 10.

Confeſſarij obligatio ad reſpondē-dum interrogatis à pœnitēte.

195.

Ad Confeſſarij officium ſpectat quoq; fideliter, & ſincerè reſpondere ad interrogata pœnitentis A; *& quidem* I°. *ſi interroget ipſum de veritate aliqua in ordine ad praxin, tenetur eam illi dicere* B, *niſi graue damnum inde timeretur* C; *imò ex probabiliore ſententia ea quoq; manifeſtanda eſt, etiamſi hæc nihil illi profutura putaretur* D. *hinc cō*iugi putatiuo *dubitanti de valore Matrimonij, proptereáq; de eo in ſacro tribunali interroganti dicenda eſt veritas* E; *& diſſimulando, aut æquiuocando peccaret Confeſſarius, cùm tunc pœ-*

ni-

nitens habeat ius ex eo quærendi veritatem in ÿs, quæ ipſum agere oportet, ſciréq; debet, vt rectè operetur F. *Si verò* II°. *interrogetur, an ſit aliqua ſententia, quæ liberet pœnitentem ab aliqua obligatione, v. g. à reſtitutione facienda, tenetur illi manifeſtare opinionem probabilem ipſum liberantem à tali obligatione, illámq; ſubticendo deciperet* interrogantem, *atq; hac deceptione in cauſa erit, vel vt cogatur reſtituere, vel vt peccet ſi exiſtimans ex omnium opinione ſe obligari ad reſtitutionem faciendam non reſtituat* G. *Deniq;* III°. *ſi interrogetur ſolùm de aliqua ſententia (quæcunque illa ſit,) iuxta quam poßit aliquid agere, vel omittere poteſt, vel iuxta* propriam, *vel iuxta* aliorum opinionem *illi reſpondere* H.

A. Sanch. n. 14. Suar. diſp 32. ſect 4 Lugo n. 29. Tamb. n 8. *B.* præcitati, & Dicaſt. n. 541. C. Ouied. 1. 2. Tr. 5. C 3. p. 3. n. 23. *D.* Citati. Litt. A. E. Iidem. *F.* Videantur Dicaſt. ſuprà, & alij citati. *G.* Salas. P. Sanch. & Palaus, quos refert ſequitúrque Ouied. ſuprà, n. 26. *H.* Ouied. n. 28.

Quomodo ſe gerere debeat Confeſſari9 cũ pœnitente ſubticẽte crimẽ

196.

Quando euidenter Confeſſario conſtat à pœnitente cõmiſſum fuiſſe crimen aliquod, quod neque ex ſe, neque interrogatus confitetur, confiteriúe vlli alteri potuit; ſi eidem inſuper manifeſtè liqueret à confitente ſacrilegè ſubticeri ſcelus, nequaquam illum abſoluere poſſet A; quia tamen plerunque dubitare poteſt, habeátne pœnitens rationabilem aliquã cauſam illud ſubticendi, regulariter abſoluendus eſt B. II. Si Sacerdos ex alterius confeſſione nouit à Petro v.g. crimen aliquod patratum, quòd nondum ritè expiatum ſit, ipſe autem Petrus in ſacro tribunali interrogatus id neget, ei potiùs, quàm alteri fides adhibenda, adeóq; abſoluendus eſt C. III. Quando Sacerdoti conſtat à pœnitente reticeri peccatum aliquod graue, ſi reticentia hæc oriatur ex culpabili, ſiue inculpabili defectu, tenetur id ei Confeſſarius in memoriam reuocare D. IV. Si Miniſter huius Sacramenti ex confeſſione vel complicis,

vel

vel alterius pœnitentis *colligat noxã alicuius confitentis, quam hic tamen in exhomologeſi reticeat, Confeſſario diligenter cauendum eſt, ne vtendo ſcientiâ confeſſionis factæ ab altero frangat* ſigillum ſacramentale B.

A. Suar. diſp. 23. ſect. 3, n. 9. Fagund. lib. 6. de 2. præcepto Eccleſ. cap. 4. n. 38. atq; Tamb. lib. 3. c. 9. §. 2. n. 5. *B*. Tamb. ibid. n. 6. *C*. Idem n. 7. *D*. Ibid. n. 8. *E*. Vide dicenda cap. vltimo.

197.

Ex quaſnam opinione Confeſſarius pœnitẽtem abſoluere teneatur.

Confeſſarius certò vel euidenter iudicans ſententiam pœnitentis falſam eſſe, ei ſe accommodare nequit, etiamſi aliàs aliqui probabilẽ eam putent A; *poteſt tamen, imò debet contra* propriã opinionem, *etſi probabiliorem abſoluere pœnitentem amplectentem* probabilem doctrinam B: *& quidem Parochus tenetur ad hoc toties, quoties recurrit ad ſe pœnitens* C; *Sacerdos autem nõ obligatus ad confeſſionem eius audiendam, licet pro eâ vice auditâ Confeſſione ad idem teneatur; poteſt tamen eum monere, ne iterum redeat, niſi eam o-*

pi-

eſt: proindéq; cum illo gerere ſe debebit Confeſſarius, ſicuti ſe gereret cum culpabiliter, *vel* inculpabiliter *ignoranter, de quo §. præcedente.*

A. Eſt cõmunis, ſupponitúrq; à DD. paſſim. *B*. Suar. diſp. 32. ſect. 5. Sanch. lib. 1. in Dec. cap. 9. n. 28. & 29. Pal. To. 1. diſp. 2. de Conſcientia opin. p. 5. n. 3. *C*. Lugo diſp. 22. ſect. 2. n. 38. & Tamb. lib. 3. cap. 9. §. 1. n. 1. *D*. Iidem. *E*. ibidem. *F*. Tamb. n. 2. *G*. Cõmunis DD. aſſertio. *H*. Suar. cit. n. 2. Sanch. n. 29. ac Tamb. n. 4. *I*. Lugo n. 45. & Tamb. n. 4.

198.

Quid agendũ Confeſſario, qui cũ pœnitẽte errarit?

Errores, qui à Confeſſario in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ committi poſſũt, in triplici claſſe exiſtunt A. In prima claſſe *ſunt errores commiſſi* contra valorem Sacramenti, *vt ſi ſine Iuriſdictione, intentione, aut pœnitẽtis diſpoſitione detur Abſolutio* B. *quãdo ergo Confeſſarius hac ratione errauit, ſi* fide mortaliter malâ *egit, obligatur etiam graui ſuo cum incommodo pœnitentem de defectu admiſſo admonere* C: *ſi verò vel* bonâ, *vel* non niſi venialiter malâ fide *proceſſit, ſitque periculum*

tio; vel ſi nolit, aut amplius nequeat pœnitens, cùm potuiſſet ante deobligationem, tenetur ipſe Confeſſarius ad reſtitutionem, & quidem ex Iuſtitia F: ſi autem bonâ fide, aut non niſi leuiter malâ proceſſit, obligatur quidem etiam cum aliquo ſuo incōmodo, attamen non cum tanto, quanto ſi fide grauiter malâ egiſſet G. III. In poſtrema denique claſſe ſunt errores ad integritatem materialem confeſſionis pertinentes, vt ſi non interrogauit de circumſtantijs, numero &c. vel non examinauit pœnitentem, prout tenebatur. quando ergo hoc tertio modo merè omiſſiuè errauit, ſi vel bonâ vel venialiter tantùm malâ fide errarit, ad nihil obligatur H: ſi verò fide mortaliter malâ egit, moralis ei diligentia adhibenda eſt, vt pœnitentem admoneat I: ſi autem bonâ fide, vel ſolùm leuiter malâ eum poſitiuè deobligauit, vel etiam ſi pœnitens motus Sacerdotis ſilentio exiſtimauit ſe non teneri ad prædicta, non obligabitur, niſi omnibus conſideratis, graue

ei non accideret, pœnitenti errorem aperire. cæterũ quia in huiuſmodi retractatione vix abeſt rubor, perrarò obligari videtur K. IV. *Quando prædictis in caſibus admonendus eſt pœnitens, ne Sa*cramentale ſigillum *frangatur, facultas priùs petenda eſt à pœnitente loquendi cum ipſo de re ad confeſſionem præteritam pertinente, quæ ſi detur, eũ admoneat* L: *ſi negetur, ad nihil tenebitur, vtpote iã functus ſuo munere, quãtùm potuit* M.

A. Eſt Cõm. *B*. Eſt itid. recepta. *C*. Filliuc. in inſtit. breui cap. 4. §. *Dico igitur primò*. Lugo diſp. 22. ſect. 3. n 58. Tamb. lib. 3. c. 8. §. 4. *D*. Lugo & Tamb citati. *E*. Filli. c. 4 §. *Dico ſecundo*, atq; Tamb. lib. 3. c. 8 §. 3. fauétque ex parte Card. de Lugo diſp. 27. ſect. 3. n. 65. *F*. Lugo & Tamb. citati, *G*. Iidem. *H*. Fill. c. 4. §. *Dico ſecundo*. Lugo diſp. 22. ſect. 3. n 75. Tamb. lib. 3. c. 8. § 2. *I* Lugo, & Tamb. citati. *K*. Tamb. n. 3. *L*. Idem ibid. §. 4. n. 6. *M*. Sanch lib. 3. de Matrim. d. 6. n. 3. & Tamb. § 4. n. 6. contra Soar. diſp. 31. ſect. 5. dicentem poſſe adhuc & debere à Confeſſario admonitionem fieri; eo quod talis locutio ſit pars Cõfeſſiõis preteritæ.

Mini-

199.

Miniſter Ordinarius huius Sacramẽti eſt, qui eſt Paſtor *pœnitentis* A. II. *Hunc præter Summum Pontificem omnes Chriſti fideles habent, ſiue hi* Laici, *ſiue* Clerici, *ſiue etiã* Sacerdotes *ſint* B. III. *Ordinarius Paſtor Epiſcoporũ* quãtùm ad hoc Sacramentum, *nec eſt eorum Archiepiſcopus, nec eorũ Patriarcha, ſed probabiliùs Summus Pontifex* C. IV. *Archiepiſcopus nõ habet* poteſtatẽ ordinariã *abſoluendi eos, qui ſubdũtur* Epiſcopis ſuffraganeis, *niſi dum actu viſitat diœceſim* Suffraganei D. De Cõfeſſario Ordinario.

A. Comm. DD. ſenſus. *B.* Lugo diſp. 19. ſect. 1. n. 1. C. Vaſq. q. 93. a. 1. dub. 4. n. 2. Suar. diſp. 25. ſect. 2. n. 10. ac. Lugo. n. 2. *D.* Suar. & Lugo. citati. colligitúrq; ex *cap. vlt, de Cenſibus lib. 6.* De Cõfeſſario Regulari.

200.

Regulares *habentes à Summo Pontifice priuilegium* abſoluendi quoſcunque Chriſti fideles ſibi confitentes, ſi approbati ſint ab Epiſcopo, etiam Parocho contradicente, *poſſunt audire ſæcularium confeſſiones.* A,

&

& quidem licet Epiſcopus in licentia eis data, prohiberet, ne eâ invito Parocho vtantur B. II. Similiter Regulares habentes priuilegium audiendi confeſſiones ſuorum familiarium, ac ſeruorū, probabiliùs poſſunt eos audire etiā abſq; vlla Approbatione Ordinariorum C. III. Etiam in Religionibus illis, in quibus non eſt neceſſarium, vt Confeſſarius deputetur à Superiore ad audiendas cōfeſſiones, non conuenit ab vllo audiri vllam exhomologeſim, etiam de ſolis venialibus, aut mortalibus iam antea per Sacramentum Pœnitentiæ ritè expiatis, abſq; tacita ſaltem Prælati licentia D, ſecúsq; faciens meritò à Superiore puniri poteſt, licet valida ſit talis confeſſio, niſi aliquis alius defectus eam inualidā reddat E. IV. Confeſſarij Regulares ab Epiſcopo approbati nec poſſunt, nec debent impediri, quin in domibus pœnitentium ægrotorum ſine licentia Parochi eorum confeſſiones excipiant; poſſunt tamen cogi ab Ordinarijs, vt ſtatim Parochum moneāt F. V. Mendicantes

ap-

approbati ad confeſſiones Sæcularium *audiendas, in Epiſcopatu in quo approbati ſunt, poſſunt omnes ad ſe accedentes audire* G. VI. *Etſi Religioſi in aliena Diœceſi exiſtentes poßint audire confeßiones ſubditorum* illius Epiſcopatûs, *in quo approbati ſunt* H; *hoc tempore tamen absq; noua approbatione* in alieno Epiſcopatu *nequeunt alios Sæculares abſoluere* I; *niſi fortè habeant peculiare aliquod ad id priuilegiũ, quale habent* Confeſſarij Societatis noſtrę, *qui in itinere etiã per Diœceſes, in quibus approbati non ſunt, poſſunt confeßiones ad ſe accedentium excipere* K.

A. Aſcan. Tamb. To. 2. de Iure Abbatum diſp. 6. q. 13. n. 1. & alij apud ipſum. *B* ibid. n. 2. *C*. Laurent. de Peirin Tom. 1. Priuileg Ord. Minimor. *in annotat. ad* §. 15. *Conſtit.* 8. *Iulij* 11. Aſcan. Tamb. diſp. cit. q. 16. n. 5. & S. Congregatio apud eoſdem. *D*. Miranda To. 1. Manualis Prælator. q. 45. a. 5. & Tamb. q. 15. *E*. Tamb. ibid. *F*. S. Congregatio apud Tamb. q. 12. n. 10. & Barboſ. de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. n. 214. *G*. Tamb. q. 14. n. 3. Idémq; Priuilegium conceſſum quoq; eſt multis aliis

liis Regularibus. *H* Sanch. lib. 3. de Matrim diſp. 34. n. 2. aliíque, quos refert, & ſequitur Tamb. q. 14. n. 4. *I.* Indubitata hodie ſententia. *K.* Priuilegia Societatis noſtræ, videriq; etiã poſſunt Tamb. q. 14. n. 5. & Card. de Lug. diſp. 21. ſect. 2. n. 43.

201.

De Cõfeſſario Regularium in ſuis domibus degentium.

Quamuis Prælati Regulares *ratione ſui officij ad ſubditorum ſuorum confeſſiones excipiẽdas parati eſſe debeant, quandocunq; ipſis ij confiteri volunt* A, *ob ſpecialem tamẽ Clementis VIII. prohibitionem, licitè nequeunt illos adhoc adſtringere, ſed tenẽtur deputare duos, tres, aut plures Confeſſarios pro ſubditorum numero maiore, vel minore, qui à non reſeruatis illos abſoluant* B. *Hinc illi nequeunt ampliùs ſtatutum facere, vt ſibi ſubditi vel generaliter, vel aliàs confiteantur, niſi ipſimet ſubditi ſponte in tale ſtatutum expreſſè conſentiãt* C.
II. *In quatuor caſibus Religioſi validè cuicunque Sacerdoti maluerint, confiteri poſſunt.* primo *quando tantùm confitentur venialia.* ſecundo *quando confitentur peccata mortalia aliàs iam an-*

tea

tea clauibus ſubiecta. tertio in mortis articulo. quarto quando habent facultatẽ à Prælato ſibi cõfeſſariũ eligendi D. In alijs autem caſibus, iure ordinario, ſeclusíſq; priuilegijs, nequeunt niſi Confeſſarijs deputatis confiteri; exceptis attamen Pœnitentiarijs ſummi Pontificis, quibus data eſt poteſtas excipiendi confeſſiones quorumcunque ad ſe recurrentium, etiam Regularium cuiuſcunq; Religionis E. III. In illis Religionibus, in quibus ſine licentia ſimpliciter permiſſum non eſt confiteri alijs, quàm Confeſſarijs à Prælato deſtinatis, Religioſi nequeunt confiteri vlli alij, etiamſi habeat à ſummo Pontifice iuriſdictionẽ generalẽ audiendi omniũ fideliũ cõfeſſiones F.

A. Tamb. q. 3. n. 1. & alij communiter. B Ibid. C. Idem q. 19. n. 1. D. Caiet. in ſum. verb. Abſolutio cap. 2. Sot. in 4. diſt. 18. q. 4. a. 2. Nauar. in Manuali cap. 4. n. 5. & Tambur. q. 6. n. 1. E. Tambur. ibid. n. 2. F. Quæſtione cit. n. 10.

202.

De Cõfeſſario Regularium iter agẽtium

Religioſus iter agens, ſecúmq; habens ſocium, ſui Ordinis ſacerdotem, ſi

ei poteſt confiteri; & quidem licet neq; ab Epiſcopo, *neque à Prælato ad id aliàs is expoſitus fuerit* A. *imò huiuſmodi Religioſus iter agens extra ſuæ Religionis domos non debet alteri, quàm Socio Sacerdoti confiteri* B; *ſiquidem hæc ſolet eſſe voluntas Prælatorum, facultatem iter agendi concedentium* C. II. *Quandò autem Religioſus vel ſolus iter agit, vel de facultate ſui Prælati exiſtit extra Monaſterium; vel Collegium, tunc, per ſe loquendo, prout maluerit, poterit cõfiteri cuicunq; Sacerdoti, ſeu* Seculari, *ſeu* Regulari, *etiam non* approbato D. *neque ad hoc neceſſaria eſt facultas* expreſſa *Prælati, ſed ſufficit* tacita, *incluſa ſcilicet in licentia iter agẽdi, verſandiq; extra Monaſterium &c.* E. *In nonnullis tamen Religionibus, vt quis non modò* licitè, *ſed &* validè *excipiat huiuſmodi exhomologeſes, neceſſe eſt, vt ſit à Prælato* ad audiendas confeſſiones expoſitus F. III. *Religioſi itinerantes, quando ſunt hoſpites in alio Monaſterio, vel Collegio eiuſdem Religionis*

con-

confiteri nequeũt, niſi vel Prælato ipſius loci, vel alteri de eius licentia, vel Confeſſario Conuentuali, vel ſuo itineris ſocio, non verò alijs eiuſdem Monaſterij, vel Collegij Sacerdotibus G; *idq; verum, licet huiuſmodi itinerantes habuiſſent licentiã à ſuo Prælato eligendi ſibi quẽcunq; Confeſſarium, etiam non approbatum; tales enim facultates communiter concedi ſolent ſolummodo pro caſibus, in quibus non habetur copia Confeſſarij eiuſdem Religionis* H: *ſi tamen Prælatus dediſſet* expreſsè *licentiam eligendi, quemcunq; Sacerdotẽ, etiam in domibus eiuſdẽ Religionis, tunc haud dubiè talis Religioſus poſſet cuilibet* ex-poſito à Prælato *confiteri, niſi fortè per Religionis Conſtitutiones huiuſmodi facultas irrita redderetur* I.

A. Vega 1 p. Sũ. c. 62. caſu 3. Roder. To. 1. q. 62. a. 5 *B*. Tamb. q. 6. n. 5. *C*. Idem ibid. *D*. Tãmb. q. cit. *E*. Ibid. *F*. Idẽ. *G*. Citatus Author n. 7. *H*. Suar To. 4. de Relig. Tr. 8. lib. 2. cap. 17. & Tamb. ibid. num. 6. I. Iidem.

203.

De Cõfeſſario Regularium.

Ad lucrandum Iubileum ſolemne, quod

pro lucrando Iubileo.

quod pro vno actu cōceditur, *omnes Regulares, etiam* ſuis Conſtitutionibus *aliàs prohibiti licitè validéq; poſſunt ſibi ex approbatis in Confeſſariū eligere quemcunq; voluerint, etiā ſæcularem* A. *Idémq; multo magis de* Nouitijs *quoq; dicendum eſt* B. II. *Regularis* approbatus *ab Epiſcopo pro confeßionibus audiendis, quamuis à Superiore Regulari licentiam non habeat audiendi confeßiones, poteſt eligi in Confeſſarium virtute Iubilæi paulò antè dicti* C. *an autem, & quam grauiter peccet talis Religioſus audiēdo tunc confeßiones, determinandum eſt* ex Conſtitutionibus Religionis, *cui ſe deuinxit* D. *aduertendum tamen huiuſmodi Confeſſariū in nonnullis Religionibus nō poſſe abſoluere pœnitentes ab illis caſibus, à quibus abſoluere poßunt vi priuilegiorū ſui Ordinis, qui licentiā à Prælato habēt* E.

A. Eſcob. Tr. 7. n. 56. & Fill. Tr. 8. c. 10. q. 14. n 276. declaratúmque eſt à Summo Pontifice in Conſiſtorio, vt videre eſt apud Coriol. de Caſibus reſeruatis p. 1. ſect. 3. a. 15. n. 1. & Tambur, q. 7. n. 5. *B.* Videatur

Tamb,

Tāb. n. 5. & 6. *C.* Sal, de legibus d. 16. ſect. 10. n. 43. & alij, quos refert, ac ſequitur Tamb. q. 7. n. 7. *D.* Tamb. ibid. *E* Idem loco cit.

204.

Nouitijs integrum nō eſt confiteri Parocho loci, *vel alteri habenti* tantùm à Diœceſano *Iuriſdictionem* A: *in aliquibus tamen Religionibus poſſunt confiteri vel* ipſi Ordinario, *vel iuriſdictionē ab Ordinario ad ipſos audiendos habenti* B, *multóq; magis quibuscunq;* priuilegiatis à Summo Pontifice poteſtatem habentibus, *quales ſunt multi Religioſi ad fidelium exhomologeſes excipiendas expoſiti* C. II. *Quanquam autē Nouitij quantùm eſt ex ipſorū parte confiteri poſsint cuicunq; habenti prædictum Priuilegium; multi tamen* Regugulares *nec licitè, nec validè huiusmodi* Nouitiorū *confeſsiones audire queunt, quando Prælati ipſorum prohibitio intercedit* D. III. *Nouitio* Religionis etiam integerrimæ, *non poteſt a Confeſſario denegari Abſolutio* ex eo pręciſè, *quòd nolit vel* redire ad ſæculum, *vel* ſe ſiſtere Superiori *ob frequentio-*

De Cōfeſſario Nouitiorum.

res carnis relapſus, de quibus ſe ſæpius, ſæpiusq; in ſacra exhomologeſi accuſat; ſed alia cōpetentia remedia illius morbo adhibenda ſunt E.

A. Suar. To. 4. de Relig. Tr. 8. lib. 2. cap. 17. n. 15. & alij quibus ſubſcribit Tamb. 96. n. 11. *B.* Doctrina certa, & indubitata, loquendo *de Religionibus* quæ ſimpliciter ſubijciuntur Ordinario. *C.* Suar. lib. 2. cap. 17. atq; Tamb. loco cit. *D.* Idem *E.* Card. de Lugo lib. 1. Reſponſ. Moral. dub. 28.

205.

De Cōfeſſarijs, Gubernatorum, Prælatorũ, aliorúmque ſimiliũ.

Certum eſt etiam Confeſſarios Principum, Gubernatorum, Prælatorum, aliorúmq; ſimilium ex officio ſuo *non minùs, quàm alios Confeſſarios teneri admonere ſuos pœnitentes, quando res id poſcit* A. Hinc I°. *quando ſciunt à ſuis pœnitentibus non ſatisfieri obligationi circa collationem beneficiorum, electionem miniſtrorum, ſubditorum gubernationem, circa eleemoſynas ex ſuperfluis reditibus Eccleſiaſticis &c*, regulariter *tenentur admonere pœnitentem, quicunq; ille ſit, de ſua obligatione* B, *grauiq; in errore ſunt, qui exiſtimant ſe ſuo muneri ſatisfacere ſi diſſimulãdo huius-*

modi obligationes abſoluant pœnitētē à peccatis, de quibus ſe accuſat C; *cùm tamē vt plurimū ignorātia prædictorū in talib⁹ perſonis ſit vel* craſſa & culpabilis, *vel* damnum cōmune *afferat, aut ſaltē* ſcandalum in ſubditis *generet, quoūr multi putant licere, quæ à Prælatis, ac Principibus fieri cernunt* D. *Idcirco optimè aduertunt grauiſſimi Theologi* E, *Confeſſarium intermittentem eiuſcemodi in caſibus admonere ſuum pœnitentem imponere humeris ſuis peccata, & errores, quos in penitente diſſimulat, & cæco cæcum ducente, vtrumq́; in æternā foueam cadere. Quiſquis ergo formidas* potentis faciem, *caue* hoc officium, *modeſtéque te ſubtrahe, tanquam tanto oneri ferendo minùs idoneum* II°. *Infertur quando huiuſmodi Confeſſarij habent rationē prudenter dubitandi, num pœnitens reuerâ alicui obligationi ſatisfecerit, teneri eos ad illum interrogandum*, qualiter ſe in ea obligatione gerat F. III°. *Colligitur, ſi Confeſſarius prudenter dubitet de ip-*

ſo iure, obligationéq; *confitentis*, *teneri eum conſulere vel Authores*, *vel (ſaluo Confeſsionis ſigillo) homines doctos, ac pios, erroréq; deprehenſo*, *monendum eſſe pœnitentem*, *afferendo modeſtè admonitionis ſuæ rationem* G. VI°. *Deniq; ſequitur etiam quandoq; debere à Confeſſario diſsimulari errorem*, *nempe quãdo ignorantia pœnitẽtis eſt inuincibilis*, *neq; ex ea oriretur ſcandalũ*, *dãnúmue cõmune*, *& è contrario admonitio allatura eſſet vel maius malum pœnitenti*, *vel ſcãdala*, *vel incõmoda ſuprà enũerata*, *tunc iuxta regulas ſuprà traditas per accidens diſsimulandum eſt* H.

A. Doctrina apud Theolog. indubitata. *B*. Card. de Lugo. diſp. 22. ſect. 2. n. 37. & Dicaſt diſp. 10 dub 28. n. 553. C. Iidẽ. *D*. Ibidem vterq; *E*. Lugo, & Dicaſt citati. *F*. Iidem, *G*. ibidem. *H*. Conſentit hic pariter vterque.

De Cõfeſſario Iudicũ.

206.

Confeſſarius in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, *quando opus eſt*, *tenetur admonere* Iudicem *vel ſcienter*, *vel ex ignorantia craſſa non ſatisfacien-*

cientem ſuæ obligationi damnandi Reum mortis, mutilationiſue pœnâ A. II. *Quando aduertit* Iudicem *nō peccare; ſed bonâ fide & cum inuincibili ignorantia, aut inaduertentia inculpabili velle abſoluere* Reum, *quem damnare deberet; ſi* Iudex *in proferenda ſententia capitali putetur magnā difficultatem habiturus, (atq; adeò meritò timeantur vel ſcandala, & perturbationes, vel maius malum pœnitentis) diſſimulare debet* Confeſſarius. *Si autem ex ignorantia illa Iudicis, iuſtæq; ſententiæ omiſſione ſequatur damnū publicum (v.g. abſolutio talis delinquentis, qui multùm populo nociturus credatur) haud dubiè à* Confeſſario *de obligatione admonendus eſt* B. *Denique ſi ex illa ignorantia, ac iuſtæ ſentētiæ prætermiſſione ponamus nullum ſequi damnum notabile, (eo quòd ſcilicet obligatio condemnandi* Reum *tā iudicem, quàm omnes alios præter* Confeſſarium *lateat,) tunc vel ſeruanda eſt* regula generalis de inſtruendo pœnitente in ijs, quæ

ſo iure, obligationéq; *conſitentis, teneri eum conſulere vel Authores, vel (ſaluo Confeßionis ſigillo) homines doctos, ac pios, erroréq; deprehenſo, monendum eſſe pœnitentem, afferendo modeſtè admonitionis ſuæ rationem* G. VI°. *Deniq; ſequitur etiam quandoq; debere à Confeſſario dißimulari errorem, nempe quãdo ignorantia pœnitẽtis eſt inuincibilis, neq; ex ea oriretur ſcandalũ, dãnúmue cõmune, & è contrario admonitio allatura eſſet vel maius malum pœnitenti, vel ſcãdala, vel incõmoda ſuprà enũerata, tunc iuxta regulas ſuprà traditas per accidens dißimulandum eſt* H.

A. Doctrina apud Theolog. indubitata. *B*. Card. de Lugo. diſp. 22. ſect. 2. n. 37. & Dicaſt diſp. 10 dub 28, n. 553. *C*. Iidẽ. *D*. Ibidem vterq; *E*. Lugo, & Dicaſt citati. *F*. Iidem, *G*. ibidem. *H*. Conſentit hîc pariter vterque.

De Cõfeſſario Iudicũ.

206.

Confeſſarius in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ, quando opus eſt, tenetur admonere Iudicem *vel ſcienter, vel ex ignorantia craſſa non ſatisfa-*

cientem ſuæ obligationi damnandi Reum mortis, mutilationiſue pœnâ A. II. *Quando aduertit* Iudicem *nõ peccare; ſed bonâ fide & cum inuincibili ignorantia, aut inaduertentia inculpabili velle abſoluere Reum, quem damnare deberet; ſi* Iudex *in proferenda ſententia capitali putetur magnã difficultatem habiturus,* (*atq; adeò meritò timeantur vel ſcandala, & perturbationes, vel maius malum pœnitentis*) *diſsimulare debet Confeſſarius. Si autem ex ignorantia illa Iudicis, iuſtæq; ſententiæ omiſsione ſequatur damnũ publicum* (*v.g. abſolutio talis delinquentis, qui multùm populo nociturus credatur*) *haud dubiè à Confeſſario de obligatione admonendus eſt* B. *Denique ſi ex illa ignorantia, ac iuſtæ ſentẽtiæ prætermiſſione ponamus nullum ſequi damnum notabile,* (*eo quòd ſcilicet obligatio condemnandi Reum tã iudicem, quàm omnes alios præter Confeſſarium lateat,*) *tunc vel ſeruanda eſt* regula generalis de inſtruendo pœnitente in ijs, quæ

ex ignorantia delinquit *vel certè ſi poßit, conſultiùs faciet Confeſſarius ſubducendo ſeſe pœnitenti, differendóq; aliquantulum auditionem confeßionis donec reus abſolutus ſit, ne nimirum cogatur ſuſcipere odioſum munus admonendi, inſtituendíq; Iudicem cõtra* Reum; *ad quem monendum extra confeßionem nullum præceptum* in ſuprà dictis circumſtantijs *illum obligat* C. *An autem monendo, hortandóque eum, vt mortis mutilationíſq; pœnâ puniat Reum incidat in Irregularitem non leuis controuerſia eſt, in qua haud dubiè verior eſt pars negans illum in Irregularitatem incidere* D.

A Lugo diſp. 22. ſ. 2. & Dicaſt. diſp. 10. dub. 28. *B*. Iidem. *C*. Præcitati. *D*, Iidem.

De Cõfeſſario Reorũ.

207.

Confeſſarius Reum *malitiosè nolentem* Iudici *fateri crimen, quod licitè negare nequit, in Sacramento Pœnitentiæ & poteſt, & debet eum monere, hortaríque, vt fateatur* Iudici *delictum, & quidem etiamſi ex tali confeßione*

Reus

Reus *vel morte, vel mutilatione ple-ctendus ſit; neq; ob id in vllam* Irregularitatem *incurrit* A. II. *Si tamen pœnitens* bonâ fide *exiſtimaret, ſe non teneri ad fatendum iudici crimen, videretúrq; valde difficile ipſum inducere ad illud confitendum* (*prout in delictis capitalibus* regulariter *præſumi poteſt*) *nō debet imponi tale onus pœnitenti, ſed diſsimulandum eſt à* Confeſſario*, niſi de ueritate interrogetur à pœnitente; conſultiùs tamen in tali caſu ageret* Confeſſarius*, ſi dum à* Reo *nō interrogetur, confeſsionē eius aliquantiſper differret, relinqueretq; illum in ſua* bona fide, *donec negato delicto, & tranſacta illa occaſiione adeò vehemente, poſſet exhomologeſim eius excipere abſq; obligatione docendi illum* B. *Atq; hæc omnia intelligēda ſunt de caſibus, in quibus* Reus *tenetur fateri veritatem; cùm enim grauium doctorum* C *ſententia ſit* quādo probari non poteſt, non teneri Reum fateri delictū, propter quod vel morte, vel aliâ graui pœnâ cor-

poris plectendus eſſet, *facilè prudens confeſſarius colliget tunc* Reum *in conſcientia non eſſe vrgendum ad fatendum crimen* D.

A. Card. de Lugo diſp. 22. ſect. 2. n. 36. atq; Dicaſt. diſp. 10. dub. 28. n. 552. *B*. Iidē ibid. C. P. Nauar. lib. 2. c. 4. n. 142. & aliorum, quos refert, ac ſequitur Leſſ. lib. 2. de Iuſt. c. 31. dub. 3. *D*. Sotus lib. 6. q. 5. a. 2. Sa. *v. Iudicialis actus, de Reo n.* 6. & Laym. lib. 3. ſect. 5. Tr. c. 5. n. 3.

De Cõfeſſario exiſtentium in articulo pericu- ſeue mortis

208.

Tam in articulo, *quàm* in periculo mortis, *ſi deſit, qui aliàs habeat vel* propriam, *vel* delegatam *iuriſdictionem, quilibet Sacerdos (etiam nominatim excommunicatus, degradatus, irregularis, hæreticus &c.) licitè & validè quoſcunque ſeu ſæculares, ſeu regulares à quibuſcunq; cenſuris, ac peccatis etiã reſeruatis abſoluere poteſt* A. I I. *Verius tamẽ videtur id fieri nõ poſſe, ſi adſit aliꝰ qui vel ex ordinaria, vel ex delegata poteſtate id aliàs præſtare poßit pœnitẽti* B. *Dixi* veriꝰ id videri; *nã nõ modò ſpeculatiuè, ſed & practicè ſatis probabile eſt*

etiam

etiam præſente proprio Parocho, aut alio habente aliàs cõmpetentem Iuriſdictionem, poſſe pariter à quocunque Sacerdote & licitè, & validè abſolui pœnitentẽ C. III. *Iuriſdictio hæc in pœnitẽtes exiſtentes in articulo periculóue mortis immediatè, & completè datur ab Eccleſia cuilibet Sacerdoti, quando ordinatur* D.

A. Vaſq q 93. dub 4. Lugo diſp. 18. ſect. 2. n. 18. & patet ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. *B.* Suar. d. 26. ſect. 4. Vaſq. q 93. a. 1. dub. 4. n. 18. Azor. Tõ. 1. lib. 8. c. 19 q. 5. & alij, quos citat, ſequitúrq; Lugo d. 18. ſect. 2. n. 24. *C.* Caſtropal. To. 1. Tr. 4. d. 4. p. 3. §. 5. n. 8. & 9. & Thom. Tãb lib. 3. c 7 §. 1. n. 1. *D.* Suar. d. 26. ſect. 4. Vaſq. q. 93. a. 1. dub. 3. & alij, quos citat, ſequitúrq; Lug. d. 18 ſect. 1. n. 16.

209.

Peccata quædã ſpecialia Confeſſarij.

Fornicatio, tactus impudici &c. cum filia Confeſſionis *non important malitiam neceſſariò in exhomologeſi explicandam* A, *niſi Sacramenti adminiſtratio aſſumatur* vt medium *ad delinquẽdum* B. II. *Sollicitans, prouocánsq; in confeſſione ad illicitos, ac lethaliter inhoneſtos ſermones (etiam vbi Bullæ Pontificum de Sollicitantibus receptæ non*

 ſunt)

ſunt) contrahit malitiam ſacrilegÿ de neceßitate in cõfeßione exponendam C. III. *Confeßarius ratione alicuius delicti, per Bullas Pontificias, ſacræue Congregationis Decreta incurrens* pœnã priuationis graduum, dignitatum, officiorum &c, *non priuatur facultate audiendi cõfeßiones* D. IV. *Etiamſi vbiq; nõ ſint receptæ Bullæ* de denuntiandis ſollicitantibus in cõfeſſione ad turpia; *vbiq; tamen aliquibus in caſibus, ſub graui peccato tenetur Confeſſarius monere pœnitentes de obligatione denuntiandi huiusmodi ſollicitautes* B.

A. Lugo. diſp. 16. ſect. 6. n. 55. Ouied. l. 2. Tr. 6. cap. 5. p. 3. §. 12. n. 84. ac. Tamb. lib. 2. c. 7. §. 4. n. 19. *B.* Ouied. cit. fauétq; Lugo. C. Eſt comm. videríq; poteſt Ioannes Sancius diſp. 11. n. 17. *D.* Fill. To. 2. Tr. 34. c. 3. n. 77. & Diana To. 4. Tr. 4. reſol. 224. contra Lezanam. cap. 10. num. 32. *E.* Ioan. Sancius diſput. ſuprà citatâ.

CAPVT. IX.
De Pœnitente.
§. 210.

An, & quando Deipa-

C*Ertum eſt* à Deipara *nunquã fuiſ-ſe*

ſe Pœnitentiæ Sacramentũ ſuſceptũ A.
II. *Similiter conſtat neque D. Petrum, neque ceteros Apoſtoles ante Chriſti* Re-ſurrectionẽ *Sacramento hoc vſos fuiſſe; an autem eo vſi fuerint, aut ſaltem vti potuerint tempore inter Reſurrectionẽ, & Pentecoſten intermedio, pendere videtur ab illa quæſtione, vtrùm* Eccleſia Chriſti *incæperit à puncto mortis Redẽptoris noſtri, vel ab eius anaſtaſi, an verò primùm in die Pentecoſtes. Si prius dicatur, non eſt dubium potuiſſe tunc eos hoc Sacratiſſimo Reconciliationis medio vti; & verò etiam probabiliſſimum erit, id ab illis interim ſæpius vſurpatum: ſi verò poſterius aſſeratur, nequiuêre per id temporis hoc Sacramento vti; quamuis interea ſæpe* ſa-croſanctã Euchariſtiã *ſumpſerint* B.

ra, atq; Apoſtoli primò ſuſceperint Sacramẽtũ Pœnitẽtiæ?

A. Cõm. Theologorum, & fideliũ ſẽſus.
B. Card. de Lugo d. 15. ſect. 3. n. 28. & ſeqq.

211.

In Suſcipiente *hoc Sacramentũ inter cætera neceſſarius eſt vſus rationis, non tantùm quando confitetur, verùm etiam*

Requiſita in Pœnitẽte ad ſuſcipiẽdũ hoc Sacramentũ.

etiam quando abſoluitur, aliàs differenda Abſolutio A, *niſi fortè ſit in articulo, aut periculo mortis conſtitutus, tunc enim* validè & licitè *abſoluitur, etiamſi careat vſu rationis, modò cum rationis vſu vel petierit Confeſſarium, vel confitendi d. ſiderium oſtenderit, vel aliqua contriti animi ſigna dederit* B. II. *Pueri, de quorum vſu rationis dubitas, etiãſi vnicam duntaxat noxam venialem confiteantur, non ſunt dimittendi ſine Abſolutione, ſed* ſub conditione *abſoluendi; & quidem non ſolùm* in, *ſed etiã* extra mortis diſcrimen C. III. *Ex eo, quòd quis circa aliqua obiecta ſanæ mentis non ſit, non ideò iudicandus incapax huius Sacramenti; verùm diligenter diſpiciendum, num fortè circa alia ſanâ mente vtatur, &* hoc caſu, *quâ parte ratione vtitur, nõ aliter agendum cũ eo, quàm cum alijs* pœnitentibus *huius Sacramenti capacibus* D.

A. P. Prem. in Summa Pœnitentiæ in ſecundo requiſito ex parte pœnitentis. *B*. Idem Ibid. & Rituale Romanum Titulo de Pœnit, Sacramento, *C*. Lugo. diſp. 17. n. 22.

in 22. *D*. Comm. Theologorum ſenten-
tia, de qua videri poteſt P. Sanch. lib. 1. de
Matrim. diſput. 8. à num. 22.

212.

*Quamuis in humanis tota omnino ra-
tio* Iudicij *verè ſubſiſtat, quando quis ſe-
cundum allegata, & probata iudicatur,
licet delictum reuera non ſit cõmiſſum,*
in Iudicio *tamen* Sacramentali *res ſe-
cùs ſe habet; vnde ſi pœnitẽs reipsá planè
careat eo peccato, de quo fortè vnico ſe
accuſat, etiamſi probabiliſsimè exiſtimet
ſe reum talis noxæ, de eaque intimè do-
leat, & à Sacerdote abſoluatur, verè
tamen non recipit Sacramentũ* A. *quare
quando à pœnitente nõ habetur aliquod
peccatum certũ de* præſenti, *ſacramen-
taliter inexpiatum, conſultum omnino
eſt, vt ex præteritis confeßionibus aliqua
huiuſmodi noxa in tali exhomologeſi re-
petatur.* II. *In Pœnitente, vt validè ab-
ſoluatur, aliqua ſuſcipiẽdi huius Sacra-
menti* intentio *requiritur, non tamen
neceſſario* actualis, *ſed ſufficit, qualis eſ-
ſe poteſt in amente, qui ante inſaniam*

Bap-

Baptiſmi Sacramentũ petiuit B. III. *Hæc pœnitẽtis* (*ſicut & adminiſtri huius Sacramenti*) intentio *tantùm abeſt, vt debeat neceſſariò eſſe* ſupernaturalis C, *vt etiã intrinſecè* peccaminoſa *eſſe poſſit* D.

A. Lugo. diſp. 12. ſect. 2. n. 22 & 23. Communíſq; Theolog. ſenſus *B*. P. Premul in ſumma Pœnit. in tertio requiſito ex parte pœnitentis. Videríq; poteſt Lugo diſp. 9. de Sacram. in genere ſect. 7 num. 132. *C*. Supponitur paſſim, fauétque Hurt de Sacram. in genere diſp. 4. diff. 13. circa finem. *D*. Pallau. lib. 6. Aſſert. Theol. c. 2. n. 48. loquẽs de intentione Miniſtri Sacramentorum.

213.

Quinã Pœnitẽtes eligere ſibi poſſint Cõfeſſariũ.

Confeſſarium eligere ſibi poſſunt I°. & *quidẽ* Iure Diuino *Summus Pontifex* A. II°. Iure Eccleſiaſtico *Cardinales Epiſcopi, Cardinales Legati, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & omnes Prælati exempti à Iuriſdictione Ordinariorum, vt Generales, Prouinciales, Abbates, Priores, Guardiani &c.* B, *non tamen Abbatiſſæ* C, *& aliæ eiuſcemodi fœminæ Regulares.* III°. Ex conſuetudine *eâdem facultate pollent reliqui Cardinales* D, *Parochi, aliiq; ſacerdotes*

Sacr-

Sæculares, etiam ſimplices E. IV°. *Idem* ex Priuilegio *plerumq; poſſunt Imperatores, Reges, Principes Sæculares* F, *pluréſq; alij*. V°. *Eâdem licentiâ vti poſſunt, qui gaudent Bullâ Cruciatæ, Iubileo, aliiſq; huiuſmodi diplomatibus Pontificijs* G. VI°. Ex facultate data à Cardinalib⁹, Prælatis Regularibus, atq; Parochis &c *idē licet familiaribus Cardinaliū* H, *Religioſis, Parochianis &c.* I. VII°. Ratione diuerſæ ſubiectionis, *& ſic qui habet duo domicilia, poteſt vtrilibet Parocho ex illis confiteri* K. *idémq; dicendum de ijs, qui in vno loco habent* domicilium, *& in alio* quaſi domicilium, *vt Scholares, Milites, Litigantes, Mercatores &c.* L. VIII°. *Peregrini, ſeu iter agentes, qui alibi habent domiciliū, poſſunt confiteri Parocho loci, in quo inueniuntur, & alteri ibi habenti poteſtatē audiendi confeſſiones* M; *imò poſſunt ab illo abſolui à reſeruatis Epiſcopo domicilij, niſi etiā ibi ſint reſeruata* N. IX°. *Vagi, ſeu vagabundi, qui ſcilicet nullū firmum habent domicilium, ſed huc, illuc errant,*

non

non poſſunt ſibi eligere Confeſſariū pro ſuo arbitratu, ſed ſubſunt Parocho, *in cuius Parochia actu hoſpitantur* O. *Poterunt tamen hi etiam confiteri alteri Sacerdoti approbato ad excipiendas confeſſiones in eo loco, in quo reperiuntur; perinde ſcilicet atque alij habentes domicilium in eo loco* P. X°. *In articulo, periculóque mortis quilibet à quolibet Sacerdote, etiam ſimplici, imò & hæretico, degradato, nominatim excōmunicato &c. petere poteſt Abſolutionem Sacramentalem* Q; *ex probabiliore tamen debet eos cauere, quando alius haberi poteſt* R. XI°. *Prælati* Regulares, *qui ſibi confeſſarium eligere poſſunt, hac facultate gaudent, etiam quando longè abſunt à ſuis domibus* S; *Confeſſariúsq; ita electus abſoluere poteſt eligentem à peccatis, & cenſuris, à quibus is ſuos ſubditos abſoluere poteſt* T. *atque hæc omnia poſſunt fieri etiam* Generali, *vel* Prouinciali *præſente* V. XII°. *Prælatus* excommunicatus, *ſi eligat Confeſſarium, ab eo abſolui poteſt* X. XIII°. *Eo ipſo quòd quis*

potens

potens eligere Confeſſarium ei confite-tur, videtur eum eligere Y.

A. Hurt. diſp. 10. diff. 12. & Dicaſt. diſp. 10. dub. 20. *B*. Iidem ibid. patétq; ex *cap. finali de Pœnitentijs, & Remiſſionibus*. in noſtra tamẽ *Societate* huic facultati eſt derogatũ, qua de re videri poteſt Car. de Lug. lib. 4. Reſponſ. Moral. dub. 28. *C*. Præcitati Authores. *D*. Azor. To. 2. lib. 4. c. 3. q. 16. & alij, quos refert, ac ſequitur Diana To. 5. Tr. 2. reſol. 10. *E*. Hurt. & Dicaſt. ſuprà citati. *F*. Iidẽ. *G*. Theologi paſſim. *H*. Lud. à Cruce in Bull. Cruc. diſp. 1. c. 2. dub. 22. n. 17. atq; Diana To. 5. Tr. 3. reſol. 10. §. *notandum eſt etiam*. *I*. Patet ex cõmuni praxi. *K*. Nau. *cap. Placuit* n. 71. Soar. diſp. 25. ſect. 2. n. 5. Henriq. lib. 6. c. 7. n. 2. Hurt. diſp. 10. diff. 17. Lug. diſp. 19. n. 7. *L*. Soar. diſp. 24. ſect. 2. & diſp. 25. ſect. 1. & 2. Vaſq. q. 93. a. 2. dub. 4. Coninck. diſp. 8. dub. 3. n. 21. & dub. 6. n. 38. Sanch. lib. 3. de Matrim. diſp. 22. n. 15. Henriq. ſuprà cap. 8. n. 15. atq; Dicaſt. diſp. 10. dub. 20. n. 446. *M*. Suar. diſp. illâ 25. ſect. 2. Reginald. lib. 1. n. 74. & 79. Coninck. diſp. 8. dub. 8. Lug. ſuprà, Dicaſt. n. 450. & alij contra Palud. & Nauar. Addũt tamen aliqui doctrinam hanc intelligendam cum hâc limitatione, nempe (dummodo iter non ſuſcipiatur malâ fide, id eſt in fraudem legis, vt pœnitens ſe ſub-

du-

ducat proprio Confeſſario, alteriq; confiteatur) de cuius limitationis ſenſu videri vtiliter poterit P. Dicaſtil. n. 450. & 451. N. Com. Theologorum O. Suar. diſp. 25. ſect. 2. Coninck, diſp. 8. dub. 8. Hurt. diſp. 10. diff. 12. & alij, *P*. Dicaſt. n. 447. atque Bonacina apud ipsũ. Q. Indubitata apud Doctores ſententia. *R*, Ita communior. S Aſcanius Tãb. diſp. 6. q. 10. & alij apud ipſum. *T*. Reginaldus lib. 1, *n*. 38. & Tamb. modò citatus n. 7. *V*. Tamb. ibid. n. 9. X, Roder. Tom. 1. qq. Regal. q. 20. a. 12. Barboſa in Collect. in cap. Monachi de ſent. excom. n. 4. atq; Tambur. ſuprà n. 8. Y. D. Antoninus, quem refert, & ſequitur idem Tambur. n. 5.

De aliquibus peccatis ſpecialibus Pœnitentis.

214.

Præter alia peccata, quæ ex dictis hiſce in Theſibus, *colligi poſſunt, peccat inſuper* pœnitens, *extra neceſſitatis caſum eligendo ſibi Confeſſarium* imperitum, *niſi ipſe illius inſcitiam ſcientiâ ſuâ compenſet* A. II. *Etiam vbi Pontificum Conſtitutiones* de ſollicitantibus in confeſſione *receptæ non ſunt, ſub graui quandoq; peccato*, iure naturali *tenetur pœnitens* denuntiare ſollicitantem B: *excuſatur tamen à tali de-*

nun-

nuntiatione, ſi vel ſibi, vel etiam alicui alteri neceſſitudine magnâ *ſibi coniuncto graue inde malum probabiliter timeret* C. III. *Vrgente pracepto confeſſionis, maximéq; mortis periculo, ſi aliũ Confeſſarium habere nequeas, non peccas petendo Abſolutionem ſacramentalem à Sacerdote, à quo praeuides* illicitè adminiſtrandum Sacramentum D: *ſi tamen is eſſet excommunicatus* vitandus, *ſeu* non toleratus, *extra* mortis periculum *non liceret ab illo recipere* ſacram Abſolutionem.

A. Tamb. lib. 2. cap. 10. §. 3. n. 51. legique poteſt Suar. diſp. 28. ſect. 2. n. 12. *B*. Ioan. Sancius in ſelectis diſp. 11. *C*. Suar. de Sacram. in genere diſp. 18. ſect. 2. Coninck. eodem Tractatu q. 64. a. 6. Bonac. ibid. diſp. 1. q. 6. p. 5. atq; Hurt. de Sacr. in communi diſp. 4. diff. 12. *D*. Ita communiter Doctores.

CAPVT V.

De Caſibus Reſeruatis.

215.

CErtum de Fide eſt, dari in Eccleſia poteſtatem reſeruandi *peccata, à quibus nequeat quilibet Confeſſa-* Quinã reſeruare poſſint caſus.

rius Ordinarius *abſoluere* A. II. *Huiuſmodi poteſtatem habet Summus Pontifex in ordine ad vniuerſam Eccleſiam, Epiſcopi in ſuis Diœceſibus, Parochi ratione ſuæ Parochiæ,* Capitula Generalia, *atq; nonnulla* Prouincialia *pro ſuis Religioſis, & Prælati* Regulares *pro ſuis ſubditis; horum tamen poſteriorum facultas iuſtis de Cauſis à Clemente VIII. valde reſtricta eſt* B.

A. Definitum in Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. & can. 11. *B.* Card. de Lug. diſp. 20. ſect. 1. & Dicaſt. diſp. 11. dub. 1. aliiq; cõmuniter.

216.

Quinã Caſus reſeruabiles ſint.

Nullum eſt peccatum hominum ſubiectorum Eccleſiæ, *quod à Summo Pontifice reſeruari nequeat* A. II. Venialia *non niſi à Chriſti Vicario, atq; Eccleſia ipſa reſeruari poſſunt; id quod pariter dicendum* de mortalibus per confeſſionem iam ſemel ritè expiatis, *in ordine ad ſecundam Abſolutionem obtinendam* B. III. *Summus Pontifex validè reſeruare poteſt* omnes caſus, *quamuis illicitè id faceret* C. IV. *Non omnis reſeruatio, quæ propter exceſſum illicitè*

ab

ab Epiſcopo, Capitulis, Prælatis &c. ſit, eo ipſo inualida eſt D.

A. Lugo diſp. 20. ſect. 2. *B*. Suar. diſp. 29. ſect. 3. Coninck diſp. 8. dub. 11. Fill. Tr. 7. cap. 10. q. 2. Hurt. diſp. 11. diff. 4. *C*. Lug. diſp. 10. ſect. 3. n. 30. fauétq; Dicaſt. diſp. 11. dub. 2. *D*. Sua. diſp. 29. ſect. 4. Coninck diſp. 8. dub. 11. Hurt. diſp. 11. diff. 2. Lugo diſp. 20. ſect. 3.

217.

A Prælatis Regularibus *nec validè, nec licitè reſeruari poteſt vllũ peccatum* niſi ea, quæ à Clemente VIII. in Conſtitutione hac de re facta eis permittuntur, & quæ à Congregatione Generali, aut Prouinciali ſpeciatim legitiméque determinata fuerint A. *Vnde infertur* 1°. *non poſſe à Prælato Regulari reſeruationẽ* à Capitulo *factam magis reſtringi; adeóq; ſi* à Capitulo *reſeruata fuiſſet noxa aliqua mortalis, caſu quo ea ſit* certa, *&* manifeſtè mortalis, *non poſſet poſtea Superior* Regularis (*etiam* Generalis) *reſeruare Abſolutionẽ illius, in caſibus, in quibus eſſet dubium de eius malitia lethali* B. *Similiter*

liter infertur II°. *nec poſſe ab huiuſmodi* Prælato *propriâ authoritate* in caſibus dubijs *reſeruari illa, quæ ex conceſsione Clementis VIII reſeruari poſsũt; quia hæc* in caſu dubio *non ſunt* ſimpliciter peccata grauia, *qualia eſſe debent quæ ex enumeratis à Pontifice permittuntur reſeruari poſſe* c. *Infertur* III°. *à Superioribus* Regularibus *nullo modo poſſe abſq;* Capituli vel Generalis, vel Prouincialis *conſenſu vlli peccato in Decreto Clementis VIII. non contento excommunicationẽ annecti, eiusdémq;* Abſolutionem *ſibi reſeruari* D.

A. Doctrina indubitata, patétque ex Bulla Clementis VIII. edita 26. Maij anno 1594. *B*. Lug. diſp. 20. ſect. 4. n. 42. C. Hurt. diſp. 11. diff. 7. §. *obſeruandum*, & Lug. diſp. 20. ſect. 4. n. 42. *D*. Sanch. lib. 6. de Statu Relig. cap. 1. n. 16. Lugo diſp. 20. ſect. 4. n. 47. & ita declarauit Sacra Cardinalium Cõgregatio apud modò citatũ Authorẽ.

218.

Loquẽdo de poſſibili, *certũ videtur poſſe* à Superiore *reſeruari peccata* mortalia dubia A. II. *Quando dubitatur, an pœnitens lapſus ſit in peccatum morta-*

le,

le, quod de facto ſimpliciter *&* abſolutè (*hoc eſt nullâ factâ mentione vel dubij, vel certitudinis*) *reſeruatur, ſi dubium ſit* poſitiuum (*id eſt, ſi vtrinque ſint rationes probabiles*) *vtramcunq; partẽ tutâ conſcientiâ amplecti potes* B: *ſi verò dubium ſit* negatiuum (*ſeu ſi pro neutra parte vlla ſuppetat ratio*) *probabilius eſt huiuſmodi noxam non eſſe reſeruatam* C.

A. Henriq. lib. 6. c. 14. Sanch. in Summa lib. 1. cap. 10. Suar. de Cenſuris diſp. 4. ſect. 6. *Sa. verb. Caſus reſeruatus n. 5.* Hurt. d. 11. diff. 6. vbi ait in hoc DD. cõmuniter cõuenire. *B.* Lugo d. 20. n. 16. *C.* Sanch. c. cit. n. 74. Henriq. lib. 6. de Pœnit. c. 26. n. 7. Filliuc. Tr. 21. cap. 4. n. 172. Hurt. diſp. 11. diff. 6. Soar. tum loco cit. de Cenſuris, tum Tom. 2. de Relig lib. 4. c. 5. n. 15. Lug. diſp 20. ſect. 2. n. 18 & Dicaſt. diſp. 11. dub. 6.

219.

Licet, abſolutè loquendo, *non minus* interna A, *quàm* externa B, *peccata reſeruari poßint*; *& verò ex vtroq; genere aliqua olim* à Religioſis quibuſdam *reſeruata fuerint* C; *nunc tamen non niſi in externum actum prodeuntia*

untia reſeruari conſueuerunt D; *& quidem non quacunque, ſed ſolùm quæ* in ratione peccati reſeruati *malitiã externam* ex ſe *lethalem habent* E. *Hinc* I°. in Religione, *in qua reſeruatur (quidquid eſt contra votum caſtitatis, quod in actum externum prodeat) ſi quis ex intentione mortaliter venerea exerceat aliquem actũ externum ex ſe nõ ſufficientem ad* mortale peccatũ, *quamuis* lethaliter *peccet, nõ incidit tamen in caſum reſeruatum: & ſic viſio curioſa fœminæ, leuis tact⁹ manûs, verba aliqua leuiter impudica &c. procedentia ex intentione* mortaliter *venerea, reſeruata haud ſunt; dũmodo ex aliqua alia circũſtantia, hi actus nõ indicent lethalẽ affectum internũ; nã ſi adhiberẽtur v g. tanquam* muta aliqua locutio, aut ſecreta quædam impuræ mentis ſollicitatio, *haud dubiè reſeruata eſſent, vtpote tunc de ſe lethaliter mala* F. II°. *Vbi reſeruatum eſt furtũ. ſi aliquis intendens ſurripere* aliquid notabile, *medicum quid tantum auferret, ita tamen, vt letha-*

thalis eius animus extrinſecùs non apareret, nequaquam committeret peccatū reſeruatum G. III°. *Idem probabiliter dici poſſe videtur de eo, qui venerea ex delectatione prolaberetur in pollutionē, ita vt pollutio non eſſet* argumentum, *&* index *internæ malitiæ mortalis* H. IV°. *Deniq; idem quoq; cum proportione dicendum de peccato* hæreſis, *& quibuſcunq; alijs delictis reſeruatis* I.

A. Suar. diſp. 29. ſect. 3. Vaſq. q 91. a. 3. dub. 4. Coninck diſp. 8. dub. 11. & Hurt. d. 11. diff. 5. *B.* Patet ex communi praxi, & ſenſu Fidelium. *C.* Lugo diſp, 10. ſect. 2. n. 14. *D.* Suar. & Coninck ſuprà, Hurtad. diſp. 11. diff. 7. atq; alij, quos refert, & ſequitur Dicaſt. diſp. 11. dub. 4. & 5. *E.* Henriq. lib. 6. c. 14. n. 6. Granadus 2. 2. C. 1. Tr. 15. diſp. 13. n. 14. Soar. Tom. 4. de Relig. Tr. 8. lib. 2. cap. 18. n. 12. Hurt. diſp. 11. diff. 7. Lugo n. 15. aliíque, quibus ſubſcribit Dicaſt. diſp. 11. dub. 4. & 5. *F.* Suar. Henriq. Granad. Lugo & Dicaſt. citati, quibus conſentit Palaus Tr. 23. diſp. vn. p. 15. §. 3. n. 4. *G* Lugo ibid & Diana To. 3. Tr. 5. reſol. 69. & To. 5. Tr. 5. reſol. 46. *H.* Diana To. 4. Tr. 4. reſol. 61. & ſequitur ex dictis. *I.* Videatur Dicaſtillus ſuprà citatus.

Digitized by Google

220.

A Summo Pontifice perraro A, *ab alijs perſæpe reſeruantur peccata absq;* cenſura B. II. *Quando cum annexione* cenſuræ *reſeruantur peccata, reſeruatio cadit ſupra vtrumq;* C: *ſi tamen per abſolutionem à peccato reſeruato tollatur* cenſura, *aut auferatur* reſeruatio cenſuræ, *aufertur quoque reſeruatio quò ad culpam; idque verum tam in caſibus à Pontifice & Epiſcopis, quàm à Prælatis* Religionum *reſeruatis* D. III. *A quocunq; reſeruatio ſit facta, ſi quis vel ratione ignorantiæ, vel inaduertētiæ, aut priuilegij alicuius non incurrat* cenſuram *annexam peccato, peccatum commiſſum non manet reſeruatum* E.

A. Filliuc. in Inſtruct. breui cap. 2. a. 5. Tambur. lib. 3. cap. 7. §. 2. n. 3 Hurt. diſp. 11. diff 3. *B*. Patet ex comm. praxi. *C*, Henriq. lib, 6. c. 14. Vaſq. q. 91. a. 3. dub. 1. Suar. d. 29. ſect. 2. Còninck diſp. 8. n. 83. Hurt. diſp. 11. diff. 3. & comm. doctores. *D*, Hurtad. ibidem. *E*. Sanch. lib. 8. de Matrim. diſput. 9. num. 20. Hurtad. ſuprà, Tambur. lib. 3. caput. 7. §. 2. Palaus To. 1. Tr. 4, diſput. 4. punc. 3. initio.

Om-

221.

Omnium eorum peccata reſeruari poſſunt, qui in foro pœnitentiæ *reſeruanti ſunt* ſubditi, *niſi fortè aliqua ſpecialis probibitio Prælati ſuperioris obſtet* A. II. *In reſeruatione, quæ non ſit pœna, etiam pueri comprehenduntur* B, *quando verò reſeruatio eſt pœna, iudicandũ de illa iuxta diuerſas ſententias circa quæſtionem illam (vtrùm, & quâ ætate pueri incidant in pœnas à iure ſtatutas)* C. III. *Ignorantes inculpabiliter reſeruationem pœnalem probabiliter in eam non incidunt* D. IV. A Prælatis Regularibus *etiam* Nouitiorum *peccata reſeruari poſſunt* E. *Ex veriore attamen ſententia poſſunt hi ab huiuſmodi noxis abſolui per quemcunque Confeſſarium habentem Iuriſdictionem à Summo Pontifice ad abſoluendos quoſuis Chriſti fideles, à quibuſcunq; noxis* F. *an autem etiam abſolui poßint ab Epiſcopo, aut ab habente ab ipſo Iuriſdictionem maior inter DD. controuerſia eſt* G, *in qua probabilius videtur, eos non poſſe ab illis ab-*

Quarũ Perſonarum caſus reſeruari poßint.

ſolui, ſi ſint in Religione aliqua exempta H, *ſecùs verò, ſi ſint Religionis Ordinario loci ſubiectæ* I.

A. Doct. cõmuniſſi. vt videre eſt apud Lug. d. 20. ſ. 1. n. 9. *B.* Lug. ibid. n. 10. & alij apud ipſum. *C.* Lugo ibid. videríq; poſſunt Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 11. n. 7. & 8. ac Diana To. 2. Tr. 6. reſol. 88. *D.* Sanch. lib. 9. de Matrim. d. 32. n. 18. fauétq; Emin. Lugo n. 11. *E.* Turr. diſp. 31. de Pœnit. dub. 9. & alij multi contrà Henriq. Rodriq. Sa, & alios relatos à P. Dicaſt. diſp. 11. dub. 7. n. 121. *F.* Henriq. lib. 6. de Pœnit. cap. 16. §. 3. litt. x. & lib. 7. de Indulg. c. 22. §. 7. Suar. To. 4. de Relig. lib. 2. cap. 17. n. 11. Aſcanius Tãb. Tom. 2. de Iure Abb. d. 6. q. 6. n. 11. & alij, quorum nonnulli rectè obſeruant in Confeſſario *Regulari* ad valorem Sacramenti ſæpe requiri, ne Prælatus expreſsè prohibeat ſuis ſubditis audire Nouitiorũ confeſſiones; tunc enim confeſſiones eſſent nullæ, non quia *Nouitij* ex parte ſua impediti ſint, ſed quia in Religionibus nonniſi mediâ voluntate, & conceſſione Superiorum facultas abſoluendi virtute Priuilegiorum deſcendere ſolet ad Confeſſarios; vnde ſi Superiores auditiones huiuſmodi confeſſionũ prohibeant, ſubditi iuriſdictionem non habebunt. *G.* Vti videre eſt apud Soar. atq; Tamb. modò relatos. *H.* Iidem. *I.* Ita à fortiore ſentire debent, qui docent quoſcunque Noui-

tios abſolui poſſe ab habente Iuriſdictionē ab Ordinario, qui videri poſſunt apud P. Dicaſt. n. 123. & Pal. Tr. 16. diſp. 1. p. 10. n. 9. & Tr. 23. diſp. vn. p. 15. §. 4.

222.

Poteſtas abſoluendi à caſibus reſeruatis

Poteſtas abſoluendi à reſeruatis pro diuerſitate reſeruationis diuerſis perſonis conuenit A, *vt* I°. *reſeruantis* Superiori in ordine ad reſeruata B; *& ſic à reſeruatis per Epiſcopum, Prouincialem &c. poſſunt abſoluere Summus Pōtifex, Generalis Legatus de Latere in ſua Prouincia, & Archiepiſcopus in caſu Viſitationis & Appellationis ad ipſum* E. II°. *Conuenit ipſi reſeruanti* D. III°. *In Religionibus, quando reſeruatio fit à Superiore maiore,* regulariter *peccatum non ſoli ipſi reſeruatur, ſed etiam ſuperiori minori; ſicq́;* Generalis, *aut* Prouincialis *reſeruantes aliqua delicta, niſi aliud exprimant quando ea ponunt inter caſus reſeruatos, non cenſentur ea ſibi ſolis reſeruare; ſed ſibi vel ſuperioribus inferioribus, nempe Prioribus, Guardianis, Præpoſitis, Rectoribus, aliiſque eorum vices gerentibus iuxta praxim*

xin ſcilicet, Conſtitutiones, & Regulas Religionum B *IV°. deniq; illi quoq; conuenit, cui facultas abſoluendi à reſeruatis delegata eſt, nempe vel* à reſeruante ipſo *vel* à Superiore reſeruantis, *vel* ab eo, cui tanquam Ordinario Confeſſario commiſſa eſt abſolutio talis peccati F.

A. Doctrina indubitata. *B.* Certa apud DD. aſſertio, vti videre eſt apud Dicaſt d. 11. dub. 16. n. 235. *C.* Idem. ibid. n. 235. & 236. *D.* Theologi paſſim, & patet ex comm. praxi. *E.* Dicaſt. n. 235. *F.* Idem. n. 238.

223.

Prælati *plerumq; habent poteſtatem faciendi ſe abſolui à reſeruatis illis, in ordine ad quæ dare poſſunt facultatem pro alijs* A. *Speciatim verò eiuſmodi licentia gaudent* I°. *Legati de Latere* B. II°. *Nuntij Apoſtolici* C. III°. *Epiſcopi* D, *qui proinde poterunt facere ſe abſolui à ſuo Confeſſario etiam à caſibus illis, qui in Trid. ſeſſ. 24. committuntur Epiſcopo, quamuis ſint reſeruati ſummo Pontifici* E. IV°. *Quicunq; in* cap. fin. de Pœnit. & remiſ. *veniunt nomine* Epiſcopi

Digitized by Google

pi F. V°. *Vicarius Epiſcopi* G. VI°. *Prælati omnes* Regulares H, *niſi hi vel per* Conſtitutionem aliquam *approbatam à Sede Apoſtolica, vel per* Capitulum Generale, *aut* Prouinciale *excludantur à beneficio Abſolutionis, quod ipſi vel per ſe, vel per alios ſuis ſubditis impertiri poſſunt* I.

A. Ita paſſim tam Theologi, quàm Iuris Canonici DD. vt videre eſt apud Sāch. lib. 8. de Matrim. diſp. 3 n. 3. & lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 11. atq; Soar diſp. 30. ſect. 2. n. 15. necnon To. 5. de Cenſuris diſp. 41. ſect. 2. n. 10. & 12. *B.* Ita fateri debent omnes, qui docent, eos poſſe quidquid poſſunt Epiſcopi. *D.* Sanch. & Suarez ſuprà. *E.* Sanch. lib. 8. de Matrim. diſp. 3. n. 3. *F.* Lugo diſp. 20. ſect. 5. n. 57. *G.* Diana, & alij, quos refert, & ſequitur Card. de Lugo n. 58. *H.* Lugo n. 59. *I* Idem n. 60.

224.

Mortuo, vel amoto ab officio Prælato *poteſtas abſoluendi à reſeruatis deuoluitur ad illius vices gerentem, & ſub cuius cura Monaſterium, vel Collegium gubernatur* A. II. *Similiter Abbate ſuſpenſo deuenit prædicta poteſtas* a ad Priorem

monaſterij *adquemnam autem deueniat in alijs Religionibus generalis regula dari nequit; in aliquibus enim nondum declaratum eſt; in alijs verò pro illo caſu* ad Confeſſarium Primarium Monaſterij *deuoluitur*. C.

A. Aſcan. Tamb. Tom. 2. de Iure Abb. diſput. 13. q. 11. n. 3. & Franc. Marc. in deciſ. 1246. n. 2. colligitúrq; ex cap. 1. ne ſede vacante in fine *B*. Tamb. ibid. & ſumitur ex *Clement. ne in agro* §. *Abbate de ſtatu. Monach*. *C*. Videantur Ioan. de Cenedo in 2. p. D. Thomæ Tr. 1. d. 7. n. 6. & Tamb. ſuprà.

225.

Certum *eſt* pro articulo mortis *tā* phyſico, *quàm* morali, *cuiuis Sacerdoti etiam ſimplici, hæretico, excommunicato, ſuſpenſo, degradato &c. ſaltem in abſentia* reſeruantis, *aut illius delegati ex conceſſione Eccleſiæ cōuenire poteſtatem abſoluendi quemcunque pœnitentem à quibuſcunq; delictis* A, *ac cenſuris quomodocunq;, & cuicunque reſeruatis* B. II. *Num autem tunc pœnitens, ſi poßit, vel per ſe, vel per aliū, vel per litteras, teneatur recurrere ad ſuperiorem*

non

non omnino liquet C; *probabilius videtur; ad hoc eum non teneri etiamſi poſſet Superiorem ad ſe curare vocari* D, *eo quòd illo in articulo* nullus caſus *reſeruat*[illegible] *ſit* E, *ne quidem abſolutio* à cēſura, *ſub qua pœnitēs tenetur parere Superiori, & illi ſuo tempore ſe ſiſtere, ſi poſſit* F.

A. Certa & comm. Theol. ſententia, vt teſtatur Lugo diſp. 20. ſect. 10. n. 201. cōſtátque ex Trident. ſeſſ. 14. capite. 7. *B.* quæ ſcilicet impediunt Abſolutionem à peccatis, & Sacramentorum de more in eo diſcrimine ſuſcipiendorum receptionem. Quare, vt poſt alios rectè obſeruat P. Dicaſt. prædicta poteſtas non extenditur ad Abſolutionem *à Suſpenſione ab ordine, ab Officio, beneficio &c. C.* Vti videre eſt apud Bonac. diſp. 1. de Cenſuris q. 3. Zambran. de caſibus in art. mortis c. 4. dub. 4. & dub. 6. atq. Dicaſt. d. 11. dub. 16. n. 269. *D.* Valentia, Azor, Henriq. Sanc. Palaus, & alij, quos refert ſequitúrque Dicaſt. n. 270. *E.* Dicaſt. ibid. *F.* Idem.

226.

Quæ §. præcedente de mortis articulo dicta ſunt, meritò extenduntur quoque ad probabile mortis periculū A, *quale cenſetur* I°. *in muliere diſcrimen*

uicini partus, in quo ex ſpeciali aliqua circūſtantia eius mors meritò timeri poteſt; nempe vel ob parientis conſtitutionē vel quòd aliàs plerumq; partus tempore ad extrema deuenire ſoleat; vel quòd eo anno parientes communiter periclitentur &c B. II°. *Tale pariter periculum eſt tempeſtas exorta, quæ vt plurimum interitum afferre ſoleat* C. III°. *Ingreſſus maris tempeſtuoſi, & plerumq; nauigantibus extrema minitantis* D. IV°. *Naufragium inter ſyrtes, locáq; fatifera* E. V°. *Ingreſſio itineris à latronib⁹ paſſim vitæ inſidiantibus infamis* F. VI°. *Quando præparatæ ſunt tibi ab inimico inſidæ ad mortem, quas perdifficilè effugere poſſis* G. VII°. *Proximus belli inſtantis conflictus in ordine ad eos, qui prælio propinqui ſunt; non tamen reſpectu magis remotorum* H. VIII°. *Quando Reis dies indicitur, in qua parati eſſe debēt ad mortē* I. XI°. *Quādo bannitus promiſſo præmio, atq; impunitate ipſius interfectori, vbiq; occidi poteſt* K. X°. *Morbus peſtilens pleriſq; mortem af-*

afferens L. *Et deniq; huiusmodi periculum eſt omne illud diſcrimen, ex quo plerumque mors ſequi ſolet* M.

A. Lugo partim diſp. 20. ſect. 10. n. 201. partim diſp. 18. ſect. 2. *B.* Sanc. in Decal. lib. 2. c. 13. n. 4. Mend. To. 1. de fide d. 84. ſect. 8. Belloch. de caſ. reſer. p. 1. q. 2. & Diana To. 5. Tr. 3. reſol. 62. *C.* Comm. Theolog. ſententia. *D.* Mendoza ſuprà. *E.* Communis DD. ſenſus. *F.* Sequitur ex receptiſſima paſſim doctrina. *G.* Eſt comm. *H* Mendoza ſuprà. *I.* Mendoza ibid. & Diana Tr. cit. reſol. 12. *K.* Belloc. p. 2. n. 133. & Diana To. 5. Tr. 3. reſol. 64. *L.* Infertur apertè ex dictis. *M.* Supponitur paſſim.

227

Regula generalis eſt, laborantem legitimo impedimento (*ſiue perpetuo, ſiue temporali*) *adeundi Summum Pontificem pro abſolutione caſuum* Sanctæ Sedi *reſeruatorum, poſſe à proprio Epiſcopo abſolui, ita tamen, vt ceſſante impedimento temporali, teneatur ſe vel Pontifici, vel eius delegato præſentare ſub pœna incurrendæ* excõmunicationis, *reſeruatæ pariter Sanctæ Sedi, ſi delictum reſeruatum excommunicationem* ad-

Digitized by Google

adiunctam habeat A. Circa hanc tamen regulam obſeruandum I°. eam intelligi debere ſolùm de caſu, quo pœnitẽs nequeat adire Legatum, Nuntiumue Apoſtolicum, aut alium qui ex priuilegio abſoluere poſſit à caſibus reſeruatis B; ſi enim ad talem recurrere queat ex probabiliore nequit Epiſcopus ipſum abſoluere C. II°. Loquendo de impedimento temporario in ea regula non comprehenduntur ſolùm caſus communiter reſeruati Pontifici D, ſed & omnes alij, ipſius quoque Bullæ Cœnæ E, præter ſolã tamen hæreſim, quæ peculiariter, etiã tali poſito impedimento, Sanctæ Sedi reſeruatur F. an autem etiam impedimentum perpetuum contineatur, in dicta regula haud omnino liquet G, & ſanè tam aiens H, quã negans I ſententia probabilis eſt, licet affirmans verior videatur K. III°. Notandum dictam regulam ex veriore ſententia L locum habere etiam in peccatis à Summo Pontifice reſeruatis ſine excõmunicatione M, in talis tamen peccati abſolutio-

ne

ne non eſſet iniungendum pœnitenti opus adeundi Pontificem vel eius delegatum; quia in Iure *nō habemus ſufficiens fundamentum imponendi hoc onus, niſi quando quis abſoluitur à Cēſura* N. IV°. *Aduertendum quamuis eadem regula iuxta communiorem, & probabiliorem opinionem* O *extendi non debeat ad caſus* aliorum *Prælatorum Pontifice inferiorum, non eſſe tamen improbabile, eam poſſe quoq; ac debere pariter extēdi ad omnes huiusmodi caſ⁹, ſiue Prælati illi Sæculares, ſiue Regulares ſint* P. V°. *Obſeruandum ab onere comparendi excipi* pueros, *qui proinde ob peccatum in pueritia patratū, etiamſi quando illud confitentur adoleuerint, cogendi non ſunt ad ſe ſiſtendos* Q.

A. Lugo diſp. 20. ſect. 10. §. 2. & Dicaſt. diſp. 11. dub. 16. *B*. Coninck diſp. 14. dub. 16. n. 242. Bonac. de Cenſuris diſp. 1. q. 3. p. 2. n. 4. Lugo d. 20. n. 221. & Dicaſt. ibid. n. 266. Contrariam tamen opinionē tenent Henriq. lib. 6. c. 9. n. 7. Auila de Cenſuris 2. p. c. 7 p. 1. dub. 6. *C*. Pręcitati. *D*. Vti opinātur Syluester *v. Excommunicatio* 8. *n*. 8. quē meritò impugnat Suar d. 30. ſect. 3. n. 9. *E*.

Suar

Suar ibid. & Dicaſt. n. 265. *F.* Sententia cõmuniſſima, vti cernere eſt apud Sanch. in Summa lib. 2. c. 13. Soar de Fide diſp. 21. ſect. 4 *G.* Vt videre eſt apud Dicaſt. n 268. *H.* Palai To. 1. Tr. 4. diſp. 4. p. 3. § 5. n. 5. & Dicaſt. n. 268. *I.* Sanch. in Summa lib. 2. c. 13. n. 37. Soarij de fide diſp. 21. ſect. 4. n. 26. *K.* Ob rationes, quas afferunt Palaus, & Dicaſt. citati. *L.* Soarij diſp. 30. ſect. 3. n 11. & Lug diſp. 20. ſect 10 n. 223. contra Vaſquium. q. 93 a. 1. dub 6. n. 14. *M.* Vti aliquando reſeruauit Sixtus V. *N.* Lugo ibid. *O.* Apud Soar. diſp. 30. ſect. 3. n. 11. & Lug. diſp. 20. ſect. 10. n. 225. *P.* Hurt diſp. 13. diff. 13. vbi ſupponit ab omnibus, cõmuniter admitti extenſionem illam ad caſus reſeruatos alijs Prælatis, & Dicaſt n. 271. circa med. *Q.* Lugo n. 219. & Dicaſt. n. 265.

228.

Inter impedimenta autem excuſantia ab adeundo Sũmo Pontifice, *eiúsq;* delegato, *meritò ſequẽtia recenſentur.* I°. *Periculum mortis in itinere ſubeundum* A. II°. *Morbus diuturnus, etiam nõ periculoſus* B. III°. *Paupertas, vi cuius mendicato in itinere ad Pontificem, aut delegatum venire deberet pœnitens, mẽdicato aliàs viuere nõ ſolitus* C. IV°. *Aetas tam ſenilis* D, *quam impubis* E. V°. *Se-*

Sexus fœmineus F. VI°. *Subiectio non modo filij* G, *ſed & ſerui* H *reſpectu patris, ac domini, ſi abſq; horum magno incommodo* Pontifex *adiri nequiret* I. VII°. *Cura animarum; imò & temporale dominium, quando ſubditorum detrimentum timeretur* K. VIII°. *Imbecillitas in viris delicatis, difficultates, laborésq; itineris ferre non valentibus* L. IX°. *Cœcitas* M, *ac clauditas* N *in procul diſtantibus* à Pontifice, *eiúsq;* delegato. *Et deniq;* X°. *quidquid iudicio prudentum excuſare poteſt ab adeunda* Sancta Sede, *aut illius* delegato O.

A. Diana Tom. 5. Tr. 9. reſol. 6. & ſumitur *ex cap ſi quis ſuadēte, & alijs de ſent. excom.* *B* Lug diſp. 10. ſ. 10. n. 219. Dicaſt. diſp 11. ſ. 16. n. 265. & colligitur ex *cap. quod de his, de ſent. excom* C. Lug. & Diana ſuprà, patétq; *ex cap. ea noſcitur, eod. Tit.* *D*. Palaus Tr. 23. diſp. vn. p. 15. §. 4. n. 2. & deducitur ex *cap. ea noſcitur*. *E*. Authores præcitati & *cap. quamuis eod. tit.* *F*. Iidem atq, *cap. Mulieres eod. tit.* *G* Diana ſuprà relatus nec non *cap. relatum eod. tit* *H*. Idem & *d. cap. relatum*. *I* Diana ibid. *K. cap. ne pro dilatione, de pœnit. & remiſ.* *L*. Diana, & *cap. quamuis* *M*. Idem atque *cap. ea noſcitur*. *N*. Præcitat⁹ Author,

&

& d.c. ea noſcitur. O. Corner. p. 3.d.11.dub. 2.cũ ſequũtur Lug. Dic. Dia.ſuprà relati.

229.

Certum eſt ob neceßitatẽ ſacrificandi, *aut* cõmunicandi *non cõpetere cuiuis Sacerdoti poteſtatem directè abſoluẽdi ſacrificaturũ, aut cõmunicaturum à reſeruatis, ſiue ea reſeruata ſint* Sũmo Pontifici, *ſiue alÿs inferioribus* Prælatis A. *Vtrùm autẽ in huiuſmodi caſu poſſit, debeátq; quis confiteri reſeruata, vt ab illis ſaltem indirectè abſoluatur haud leuis videtur aliquibus difficultas* B, *in qua aſſerendum, conſultißimè quidẽ tali in caſu vnà cum alÿs peccatis non reſeruatis manifeſtari quoq; in ſacro tribunali reſeruata, nõ obligari tamen ad hoc pœnitentem, ſed ſolùm ad dicenda mortalia, à quibus directè abſoluendus eſt* C; *ídq; verum, etiamſi peccatum reſeruatum adiunctam habere* excõmunicationem reſeruatam D. *Ex quo patet,* caſibus reſeruatis implicitum *extra articulũ, periculúmq; mortis poſſe procedere, ac ſi careret Confeſſario; proindéq;*

déq; in caſu grauis infamiæ incurrendæ, niſi cõmunicet, aut celebret poſſe ipſum abſq; præuia confeſſione *cõmunicare, aut celebrare; & quidem licet peccatis reſeruatis adiuncta eſſet excommunicatio* E; *quanquam tunc procul dubio præmitti ab ipſo deberet perfecta contritio, per quam nempe in ſtatu gratiæ poneretur, atq; ad cõmunicandũ aut ſacrificandũ cõpetenter diſponeretur* F. II°. *Quamuis vrgente ſacrificandi, cõmunicandiue neceſſitate ſi præter reſeruata nõ niſi ve*nialia *habeas, haud tenearis præmittere* C*onfeſſionem, conſultum tamen valde eſt, vt vnum ſaltem alterúmq; veniale confitearis* G; *imo ad id per accidens teneberis, ſi de reſeruatis exiſtimares te non habere* perfectam contritionem, *vt ita nimirum* indirectè *abſoluaris à reſeruatis, ponáſque te in ſtatu gratiæ; ídq; haud dubiè præſtandum foret, licet nullum alium, quam* ſimplicem Sacerdotem, *à quo abſoluaris habere poſſes* H. III°. Non *eſt improbabile, tam Sacerdotem, quàm alium quemcunq; implicitum ca-*

caſibus reſeruatis, carentémq; copia Superioris, *à quo* directè *abſoluatur, ob id ſolùm ſcilicet, ne nimis diu differat confeſsionem vel communionem, aut miſſam, poſſe Sacerdoti inferiori confiteri à quo indirectè abſoluatur à reſeruatis* I.

IV°. *Quando quis in aliquo ex prædictis caſibus (ſiue præmiſſa, ſiue non præmiſſa confeſsione)* ſacrificauit *tenetur poſtea cùm primùm poterit confiteri habenti iuriſdictionem ad reſeruata* K, *ſecus dicendum* de cõmunicante duntaxat L.

A. Card Lug diſp. 20. ſ. 6. n. 74. & diſp. 14. de Euch. ſect. 5. *B.* Vt videre eſt apud Turrian d. 6. dub. 16. Hurt. diſp. 11. diff. 14. & alios. *C.* Vaſq. q. 91. a. 3. dub. 9. Turrian. diſp 31. dub. 6 Hurt. diſp. 11. diff. 14. Caſtro-palaus p. 1 operis Moralis Tr. 4. d. 4. p. 3. & Lug. ſuprà citatus. *D.* Suar diſp. 31 ſect. 3. n. 6. Coninck. diſp. 8. n. 107. atq; Lugo dicta diſp. 14. ſ. 5 *E.* Hurt. ſuprà. *F.* Indubitata apud omnes doctrina. *G.* Suar. & alij, quos ſequitur Lug. diſp. 14. de Euch. ſ. 5. n. 98. *H.* Sententia apud Theol. comm. *I.* Suar. Tom. 4. in 3. p. diſp. 23. ſ. 2. n. 7. Granad. 3. p. c. 7. Tr. 9. diſp. 5. ſect. 3. n. 22. Hurt. diſp. 11. diff. 16. & Diana Tom. 5. Tr. 13. reſol. 8. *K.* Patet ex Conc. Trid. ſeſſ. 13.

cap.

cap. 7. L. Suar. Tom. 3. in 3. p. diſp. 66. ſect. 8. Vaſq. de Euch. diſp. 208. c. 3. n. 23. Ioan. Sancius diſp. 32. n. 12. ac Tambur. Tr. de commun. cap. 3. n. 46.

230.

Ex conceßione Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 6. *Epiſcopus tam in neceßitate, quàm extra neceßitatẽ abſoluere poteſt* ab omnibus caſibus Papalibus occultis; *huic tamen poteſtati ex probabiliore ſententia in ordine* ad hæreſim *videtur derogari per vltimam clauſulã Bullæ Cœnæ* A. II. *Qui per conceßionem generalem* à Sancta Sede *obtinuit* facultatem abſoluendi ab omnib⁹ cenſuris, & caſibus etiam Papalibus, *iuxta veriorem opinionẽ nequit abſoluere* à caſibus Bullæ Cœnæ, & ſimilibus, *quos Pontifex nõ conceßiſſet, ſi pro illis in particulari fuiſſet petita licentia abſoluendi* B. *Et certè videtur id à Clemente VIII. decretum* in Bulla, *quæ incipit* Sacra Congregatio; *vbi ſub pœna excommunicationis* ipſo facto *contrahẽdæ, aliiſq; grauißimis pœnis priuationis officij, &c. prohibetur, ne quis extra mortis articu-*

lum.

liũ, prætextu cuiuſcunq; priuilegij, abſoluat à caſibus Bullæ Cœnæ, & excommunicatione contracta vel ob percuſsionem Clerici, vel ob violationẽ Clauſuræ Monialiũ ad malum finem, vel ob uiolationẽ immunitatis Eccleſiaſticæ, vel ob prouocationem ad pugnam in duello, vel ob Simoniam realem ſcienter contractam, vel ob confidentiã beneficialẽ c. III. Per Confirmationes Priuilegiorũ, *quas Regulares à ſede Apoſtolica poſt Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixerunt indulta abſoluendi* à caſibus Bullæ, *quæ* in die Cœnæ Domini *legi conſueuit; idq; certum eſt ex Decreto Sacræ Congregationis* D. *edito* 17. *Nouemb.* 1628. *iuſſu ac mandato Vrbani* VIII. *ab omnibus obſeruãdo. Proindéque, vt in eodem Decreto rectè infertur, Regulares cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi, nec intra nec extra Italiam* in vim Priuilegiorum, *aut horum* confirmationẽ, *quã vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps*

fer-

forte obtinebunt, poſſunt quemquā abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ Domini *reſeruatis, & ſi ſecùs fecerint, Abſolutiones nullæ atq; irritæ erunt* B. *Quomodo autē hæc ſtent cū aliquarum Religionū contraria praxi ſuo dicetur loco.*

A. Faber in 4. diſt. 25. q. 1. diſp. 3. c. 4. n. 126. Hurt. de Excomm. diſp. 15. diff. 5. n. 11. ſæpiúsq; fertur declaratū fuiſſe tum à Pontificibus, tum à Cōgregatione Cardinalium. Granad. tamen 22. C. 1. Tr. 15. diſp. 14. ſect. 2. n. 8. Rodriq. qq. regul. To. 1. q. 20. a. 10 & alij exiſtimant verba *Bullæ*, declarationésq; Pontificum, ac Cardinalium non eſſe intelligendas niſi de hæreſi publica, qualis iuxta Granadum eſt, quæ ſcitur à maiore parte communitatis, quæ ſaltem decem perſonis conſtet. *B.* Pal. To. 1. Tr. 4. diſp. 4. p. 3. § 4. n. 2. & Dicaſt. diſp. 11. dub. 16. n. 249. *C.* Vide Thom. Tamb. lib. 3. c. 7. n. 13. & Dicaſt. ſuprà. *D.* Apud Barboſ. de Officio, & Poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 50. n. 289. *E.* Ita præcitatū Decretū.

231.

Ex Decreto Sacræ Congregationis Cardinalium *approbato ab Vrbano VIII. eiúsq; iuſſu ab omnibus ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruando, indubitatum eſt per* confirmationes Pri-

uilegiorum, *quas Regulares à Summo Pontifice poſt Conciliũ Trident. obtinuêre non reuixiſſe Priuilegia priùs ab eodẽ Concilio Sacráq; deinde Cardinaliũ Congregatione ſublata, atq; extincta, abſoluendi ſcilicet* à caſibus Ordinario loci reſeruatis; *proindéq; (vt ibidem expreſsè habetur)* Regulares *cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam neceſſariò exprimendi,* ſeu intra, ſeu extra Italiam *in* vim Priuilegiorum *aut* confirmationem eiuſmodi, *quam vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt nequaquã poſſunt quemquam abſoluere* à caſibus Ordinario loci reſeruatis, *& ſi ſecus fecerint,* abſolutiones ſunt nullæ, atq; irritæ A. *Circa hoc tamen Decretum obſeruandum eſt.* 1°. *eo nõ obſtante mendicantes habere adhuc facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopalibus ex priuilegio* Pauli III. *conceſſo* Societati noſtræ, *quod omnes* Mendicantes *participãt* B, *& ex Priuilegio Pauli V. eidem Societati* nõ ſolùm cõfirmato *ſed* de nouo con-

conceſſo c. II°. *probabiliter, neq; in eo, neque in alijs Decretis de quibus in eo mentio fit, comprehendi* caſus Epiſcopales *eorum, qui ſtatim ingredi volunt* Nouitiatum D. III°. *eo Decreto non obſtante, poſſe adhuc* Regulares, *etiã* non Mendicantes *abſoluere à Cenſuris Epiſcopo reſeruatis* E. *& ratio eſt, quia in illo tantùm eſt ſermo* de caſibus reſeruatis, *non verò* de Cenſuris, *quæ non ſunt caſus, ſed pœna caſus* F. IV°. *in peccatis reſeruatis* Epiſcoporum *non comprehendi Diœceſanos abſentes* G. V°. *in facultate abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis non contineri caſus, quos Epiſcopus ſibi reſeruat, niſi id exprimatur* H. VI°. *Mortuo Epiſcopo non expirare reſeruata eius, ſi ſint reſeruata iure*, conſuetudine, *vel* proprio ſtatuto I, *ac proinde eorum abſolutio vel ab Epiſcopi Succeſſore, vel à Capitulo,* ſede vacante, *petenda erit* K. *an autem per mortem Epiſcopi expirent ſaltem reſeruata illa quæ dicuntur eſſe* ab homine (*qualia ſunt, quando Epiſcopus vtitur*

tur his verbis nobis reſeruamus) *non omnino liquet* L. *probabilius videtur ea per obitum illius expirare* M.

A. Videatur prædictum Decretum apud Barboſ. p. 3. de Offic. & Poteſtate Epiſcopi alleg. 50. in fine, *B.* Rodriq. in cõpendio *V. Abſolutio quoad ſeculares* n. 36. & Thom. Tamb. lib 3. c. 7. §. 5. n. 18. *C.* Tãb. ibid. *D.* Legatur Aſcan. Tamb. To. 2. de Iure Abbatũ diſp. 13. q. 13. n. 115. qui in ſimili Decreto ait id declaratũ fuiſſe à Clemente VIII. *E.* Megala 1. p. lib. 1. c. 3. n. 20. & Aſcan. Tamb. ſuprà n. 116. *F.* Vt bene obſeruat Nauar. c. 27. n. 262. & Tamb. modò citatus, *G.* Doctrina indubitata, vt teſtatur Diana in Cõpendio V. *Caſus Reſeruati* n. 10. *H.* Nic. Garc. p. 3. c. 2. n. 286. Barb. in Trid. ſeſſ. 14. de Sac. Pœnit. c. 7. n. 25. Suar. diſp. 31. ſect. 3. n. 26. & Aſcan. Tamb. ſuprà q. 12. n. 1. *I.* Piaſecius p. 2. c. 1. a. 3. n. 21. & alij, quos refert, ſequitúrq; Aſcan. Tamb. q. cit. n. 5. *K.* Diana To. 4. reſol. 8. *L.* Vt patet ex Diana modò relato. *M.* Tambur. ſuprà & alij apud ipſum.

232.

A reſeruatis Regularium de iure ordinario *abſoluere poſſunt Prælati, Generales, & Prouinciales*; ex delegatione *verò Priores, Guardiani, Recto-*

res

rem&c A. II. *Facultas abſoluendi à caſibus* Sedi Apoſtolicæ *reſeruatis non comprehendit caſus, quos Prælatus Religioſus reſeruat, niſi hoc,* in facultate *exprimatur* B. III. *Extra articulum, periculúmq́; mortis* Regularis *non poteſt* directè abſolui *à caſibus Prælato ſuo reſeruatis, niſi ab habente facultatem ab eis abſoluendi* C; *quandoq; tamē in neceſsitate eum à communi Confeſſario indirectè abſolui poſſe, patet ex ſuprà dictis* D. IV. Superior Regularis *potens poteſtate* ordinaria *abſoluere ſubditum à reſeruatis, poteſt delegare etiam Sacerdotem* non-ſui Ordinis; *niſi talis poteſtas ſit* legitimè *illi reſtricta* E. V. Prælatus Religioſus, *niſi obſtet aliqua* legitima ordinatio *in cōtrarium (vt obſtat in noſtra Religione) poteſt facere ſe abſolui à reſeruatis à Sacerdote etiam* non-ſui Ordinis F. VI. *An autem Caſus reſeruati* Superiori Regulari *expirent ipſo mortuo, vel ab officio decedente, dependet ex* ſtatutis *Religionum* G.

R *A.* Do-

Digitized by Google

A. Doctrina communiſſima, de qua videri poteſt Diana in Compendio *v. abſoluere à reſeratis n.* 10 *B*. Barb in Trid. ſeſſ. 14. de ſacram. Pœnit. cap. 7. *n*. 25. & alij communiter. *C*. Comm. Theolog. ſenſus. *D*. § 229. *E*. Dicaſt diſp. 11. dub. 16. 288. *F*. Diana, & alij, quos refert, ac ſequitur Dicaſt. n. 287. *G*. Ita communiter Authores.

233.

Peregrinus habens caſus Sedi Apoſtolicæ *reſeruatos à nemine abſolui poteſt, niſi ab habente poteſtatem abſoluẽdi ab illis* A. II. *Confeſſarius in aliqua diœceſi habens facultatem abſoluendi à reſeruatis, poteſt ibi abſoluere etiam iter agentes ſeu peregrinos alterius diœceſis, vbi pariter illa reſeruantur* B. III. *Si Confeſſarius non habeat poteſtatem in reſeruata, peregrinus verò implicitus ſit peccato aliquo, quod in diœceſi quidem ſui domicilij, non autem in loco, vbi confitetur, eſt reſeruatum, poteſt pariter* à tali Confeſſario *abſolui* C: *Secùs verò dicendũ, ſi peregrinꝰ habeat caſus reſeruatos* Epiſcopo *loci, in quo reperitu, rquãdo confitetur; tunc enim extra articulũ, periculúmq; mortis nõ poſſet à*

præ-

prædicto Confeſſario directè *abſolui, etiamſi illi non ſint reſeruati in diœceſi pœnitentis; niſi fortè Sacerdos habeat* iuriſdictionem *ſaltem* delegatam *in Epiſcopatu peregrini; in hoc etenim caſu poteſt ab eo prædictus* pœnitens *abſolui, etiamſi peccata ſint reſeruata in Epiſcopatu, in quo eſt, dū confitetur* B. *A.* Aſſertio apud Theologos certa, vt videre eſt apud Dicaſt. diſp. 11. dub. 16. n. 243. *B.* Suar. diſp. 30. ſect. 1. n. 4. Vaſq. q. 93. a. 1. dub. 4. Henriq lib. 6. c. 14. n. 9. Regin. lib. 8. n. 68. & Dicaſt. n. 239. *C.* Henriq. lib. 6. c. 14. n. 8. litt. Q. Regin. lib. 8. c. 5. ſect. 3. n. 69. & Lugo diſp. 20. ſect. 5 n. 71. *D.* Lugo n. 72. & alij, quos ſequitur Dicaſtil. n. 239. contrarium tamen opinatur Fagund. apud Lugonem. *E.* Dicaſt. n. 242.

234.

Religioſus *iter agens extra articulū, periculúmue mortis nequit* directè *abſolui à reſeruatis ſuo Prælato,* à non habente in ea reſeruata facultatē A: *& quidem licet iter agens haberet licentiam* à Prælato *eligendi Confeſſarium* B. II. *Licita, laudabiliſq; eſt praxis aliquarum Religionum, quâ datur fa-*

 cul-

cultas iter agentibus ſaciendi ſe abſolui à reſeruatis cum onere peccati mortalis *ſe ſuo tempore ſiſtendi Superiori* C, *eiq; rurſus vel* Sacramentaliter, *vel* extraſacramẽtaliter D *manifeſtandi peccatū, exſpectando ab illo quid expediens ipſe iudicauerit* III. *Facultas illa conſitendi, percipiendiq; Abſolutionem ab alio Sacerdote (ſiue interno, ſiue externo) in caſibus in quibus nō ſuppetit copia Cōfeſſarij, potẽtis aliàs abſoluere, aliquib⁹ in Religionibus (ex quibus quoq; Societas noſtra eſt) haud conceditur illis, qui vt ſe ſubducāt ſuo Sacerdoti iter ingreſſuri, de induſtria differunt confeſſionẽ, aut quomodolibet aliter eâ facultate malitioſè, & in fraudẽ vtuntur* E. IV. Religioſus *hoſpes* ſi ſubdatur Prælato monaſterij, vel Collegij, *vbi hoſpitatur, ſubditur quoq; caſibus, qui ibi reſeruati ſunt; ſi tamen illi caſus in ſuo monaſterio, aut Collegio, reſeruati non ſint, reuerſus ad proprium Monaſterium, aut Collegium abſolui poteſt* à Confeſſario Ordinario, *nec tenetur recurrere ad Superiorem*

rem

rem F. V. *Etiamſi Religioſus hoſpitans in alio Monaſterio, aut Collegio, vi ſui* Inſtituti *fortè non minùs, ac alij Regulares inquilini ſubdatur illius Prælato, in aliquibus tamen Religionibus, niſi diu ibi moratur⁹ ſit (nempe ſpatio vnius, alteriúsue menſis) non poteſt ibi abſolui à reſeruatis, in quæ fortè tunc labitur, ſine onere ſiſtendi ſe Superiori eius loci, ad quem propriè pertinet* G.

A. Lugo diſp. 15. ſect. 5. §. 1. cõmuniſq; Theolog ac Religioſorũ ſenſus. *B*. Suar. diſp. 27. ſect 1. n 4. & Aſcan. Tamb. diſp. 6. q 8. n. 4 *C*. Vaſq q. 91. a. 3. dub. 8. Lugo d. 15. ſect 6 § 3. & Dicaſt. diſp. 11. dub, 13. *D*. Ita ſub hac disiunctione explicatur communiter à DD. onus hoc ſiſtendi ſe Superiori. Videatur Dicaſtil. n. 208 *E* Dicaſtil. ibid. n. 207 *F*. Peirin. Tom 2. de Præl. q. 3. cap. 2. n. 26. & Aſcan. Tamb. Tom. 2. diſp, 13. q 10. n, 5 *G*. Ita habet in Societate noſtra *ordinatio generalis*.

235.

Sacerdos potens abſoluere à reſeruatis virtute Iubilei *intra certos dies, poteſt abſoluere etiam à reſeruatis intra illos dies commiſſis, dummodo pœnitens vel præſtiterit, vel habeat intentionem*

præſtandi cætera, quæ in Iubileo præſcribuntur A. II. *Similiter poteſt, debétque abſoluere pænitentem à reſeruatis, etiãſi is in illa ſe facilius præcipitauerit ſpe obtinendæ abſolutionis vi Iubilei* B. III. *Vtrùm autẽ, quando Iubileũ conceditur in vna ex duabus hebdomadibus, poſſit ab eo, qui priore hebdomade illud conſecutꝰ eſt, obtineri quoq; alterâ hebdomade & per conſequẽs nũ talis abſolui poſſit à caſibꝰ reſeruatis, ſi fortè in illos ea hebdomade incidat, nõ leuis eſt inter Authores controuerſia* C, *in qua licet aliqui affirmẽt* D *poſſe iterũ alterâ hebdomade obtineri; aliĳ vero* E *cõcedant ſolùm poſſe id fieri, quando primâ hebdomade non fuit quis abſolutus à reſeruatis (quæ ſententiæ ob doctorum eas tradentium authoritatem haud dubiè probabiles ſunt)* F, *probabilior tamen ſententia* abſolutè *negat poſſe illud fieri* G. *Vnde meritò nõnulli* H *inferunt, ſi quis in vno loco lucratus ſit Iubileũ ibi promulgatum, poſteáq; veniat in alium locum, vbi de nouo idem Iubileum promulgatur, non poſ-*

ſe

ſe ſecundò in altero loco illud lucrari, abſoluíq; à peccatis reſeruatis; ſi tamen in primo loco noluiſſet illud conſequi, potuiſſet poſtea in altero loco illud lucrari.

A. Henriq. lib. 3. c. 16. n. 5. & lib. 7. c. 65. n. 6. Sanch. in Summ. lib. 4. c 54. n. 26. Regin. lib. 8. n. 34. & alij, qubus conſentit Dicaſtillus diſput. 11 dub. 16. n. 253. *B.* Dicaſt. ibid. *C.* Vti cernere eſt apud Lug. diſp. 27. ſect. 7. n. 121. & Dicaſt. ſup. n. 256. *D.* Hēriq. lib. 9. cap. 16. n. 3. & cap. 11. de Indulg. n. 1. nec non Regin. lib. 8 n. 64. *E.* Apud Lugonē ſup. n. 121. *F.* Lugo ibid. n. 122. & Dicaſt. n. 259. *G.* Suar. To. 2. de Relig lib. 6. cap. 16. n. 17. Sanch. lib. 4. in Decal. cap. 54. n. 30 aliiq;, quos refert Diana To. 2. Tr. 4. reſol. 15. eandémq; ſententiam ſequitur Filliuc. To. 1. Tr. 8. c. 10. n. 278. vbi quoque addit à Clemente VIII ita reſponſum. etiā *de Iubileo anni ſancti*, & n. 261. teſtatur ita quoq; reſponſum fuiſſe à Sacra Congregatione Cardinalium. *H.* Vgolinus, Sanctarellus, ac Diana, quos refert ſequitúrque Lugo num. 122.

236.

Varij modi, quibus reſeruatio caſuum tollitur.

Reſeruatio multis modis tollitur A; 1°. per confeſſionem non-ſacramentalem *factam Superiori; vt ſi ei dicas peccatum reſeruatum, in quod incidiſti, ip-*

ſe

ſe verò ad Confeſſarium tuum te abſoluendum remittat B. *Secùs ſe res haberet, ſi Sacerdoti* delegato *noxam reſeruatam confitereris, ipſe verò abſolutionem tibi non impertiret* C. II°. *tollitur* per quamcunque abſolutionem Validam, datam vel à Prælato vel ab aliquo alio habente poteſtatem abſoluendi à reſeruatis; *& quidem etiã ſi per obliuionem inculpabilem omiſiſſes confiteri reſeruata, quo caſu ſolùm teneberis ea poſtea ſubÿcere clauibus, non quidem neceſſariò apud habentem poteſtatem abſoluendi à reſeruatis, ſed apud quemcunq; Sacerdotem, à quo à mortalibus abſolui poſſis.* Idq; *verum, licet cõfitearis habenti facultatẽ ſolùm ex priuilegio* D. III°. *auſſertur* per abſolutionem datã à potente abſoluere à reſeruatis, *etiam caſu, quo non ex obliuione, ſed iuſtam ob cauſam peccatum reſeruatũ in Confeſſione ſubticeas; v. g. vt vites graue damnum vel tuum, vel alterius, quod ex confeſſione huiuſmodi noxa prudenter times* E. IV°. *remoue-*

tur

tur per abſolutionem etiam inualidam, *dummodo non ſit defectus vel integritatis* mortaliter culpabilis *in pœnitente, vel poteſtatis in abſoluente; imò licet defectus accidat in integritate (ſi is nō ſit circa ipſam noxā reſeruatā, ſed circa alias) tunc adhuc reſeruatio tolletur ſaltem à reſeruatis in cōfeſſione explicatis* F; *probabile tamen eſt hoc in caſu admonedū à pœnitente* Confeſſariū, *vt pœnitentiam eandem imponat, quā* abſoluens à reſeruatis *iniunxerat* G. V°. *Tollitur* per Iubilei, Bullæ, Facultatíſq; alterius acquiſitionem, *beneficio cuius eligere tibi* Confeſſarium *poſſis, à quo à reſeruatis abſoluaris: & tūc aufertur reſeruatio etiam noxarum, quarum tūm non recordaris: vnde finito Iubilei, Bullæ, & facultatis obtentæ tempore, poteris ab eis per communem Cōfeſſarium abſolui; etiamſi hic ſit alius ab eo, cui priùs fueras confeſſus, dummodo habeat* iurisdictionem communem *ad peccata mortalia remittenda* H. VI°. *Aufertur per confeſſionem, Iubilei tem-*

pore factam cum intentione lucrandi Iubileum, licet poſtea illud nõ lucreris I: *imò tunc etiam per obliuionem in confeſſione omiſſa probabiliter non manent amplius reſeruata* K: *neq; peccabis, ſaltem* grauiter, *non præſtando deinde cætera ad Iubilei acquiſitionẽ requiſita* L. *Deniq;* VII°. *probabiliter etiam tollitur, ſi tempore Iubilei omnia cætera feciſti præter exhomologeſim, eo quòd ſcilicet facto conſcientiæ examine nullam tunc repereris lethalem noxam, de qua te apud Sacerdotem accuſares : vnde ſi poſtea tibi fortè incideret aliquis caſus reſeruatus, probabilem ſententiam ſequendo petere poteris à Confeſſario habente* communem iuriſdictionem, *vt te à caſu illo abſoluat* M. *Atq; hæc, quæ* de oblatione reſeruationis peccatorum *diximus, cum proportione intelligenda quoq; ſunt* de ablatione reſeruationis cenſurarum N.

A. Theolog. paſſim. *B.* Cõmunis praxis, Doctorúmq; ſenſus. *C.* Eſt itidem indubitata. *D.* Henriq. lib. 6. c. 16. Coninck. diſp. 8. dub. 12. n. 98. Lug. diſp. 20. ſect. 7. &

Tamb

Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. *E.* Homobonus in Exam. Eccleſ. p. 1. Tr. 5. cap. 6. q. 28. Lug. diſp. 20. ſect 7. n. 116. & alij apud Dicaſt. diſp. 11. dub. 8. *F.* Suar. diſp. 31. ſect. 4. n. 9. Vaſq. q. 92. a. 3. dub. 5. n. 33. & ſeqq Lug. diſp. 20. ſect. 7 n. 106. *G.* Vaſq. ibid. n. 36. *H.* Sanch. lib. 4. in Decal. c. 54 n. 39. Vaſq. dicto dub. 5. n. 38. Suar. diſp. 31. ſect. 4. n. 13. Lug. diſp. 20. ſect 7. n 99. & Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 55. *I.* Suar. dicta ſect. 4. n. 5. Sanch. lib. 4. in Decal. c. 54. n. 42. Vaſq. dub. 6. n. 6. Henriq. lib. 6. c. 16 Hurt. diſp. 11. diff. 9. atq; Lug. n. 100. *K.* Suar. ſect. 4. n. 24. Sanch. loc. cit. n. 45. & Lug. n. 101. contra Hurt. citatũ. *L.* Sanch. n. 54. Henriq. lib. 6. c. 16. n. 6. & Lug. n. 100. *M.* Sanch. lib. 8. de Matrim. diſp. 15. n. 19. atque Lugo n. 102. *N.* communiter Authores.

237.

Abſolutio à caſibus reſeruatis

Per ſe loquendo *neq; Superior, neq; vllus alius poteſt pœnitentem abſoluere à ſolis reſeruatis, & pro reliquis mortalib⁹ eũ remittere ad aliũ Confeſſarium, ſed ſi velit ei adminiſtrare* hoc Sacramentũ *integrã illius confeſſionẽ audire debet* A. Per accidens *tamen haud negandum, poſſe id aliquando fieri, vrgente ſcilicet ex cauſa; qualis ſanè non negotiorũ multitudo, ſed longè grauior debere eſſe videtur*

pore factam cum intentione lucrandi Iubileum, licet poſtea illud nō lucreris I: *imò tunc etiam per obliuionem in confeſſione omiſſa probabiliter non manent amplius reſeruata* K: *neq; peccabis, ſaltem* grauiter, *non præſtando deinde cætera ad Iubilei acquiſitionē requiſita* L. *Deniq;* VII°. *probabiliter etiam tollitur, ſi tempore Iubilei omnia cætera feciſti præter exhomologeſim, eo quòd ſcilicet facto conſcientiæ examine nullam tunc repereris lethalem noxam, de qua te apud Sacerdotem accuſares : vnde ſi poſtea tibi fortè incideret aliquis caſus reſeruatus, probabilem ſententiam ſequendo petere poteris à Confeſſario habente* communem iuriſdictionem, *vt te à caſu illo abſoluat* M. *Atq; hæc, quæ* de oblatione reſeruationis peccatorum *diximus, cum proportione intelligenda quoq; ſunt* de ablatione reſeruationis cenſurarum N.

A. Theolog. paſſim. *B*. Cōmunis praxis, Doctorúmq; ſenſus. *C*. Eſt itidem indubitata. *D*. Henriq. lib. 6. c. 16. Coninck. diſp. 8. dub. 12. n. 98. Lug. diſp. 20. ſect. 7. & Tamb

Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. *E.* Homobonus in Exam. Eccleſ. p. 1. Tr. 5. cap. 6. q. 18. Lug. diſp. 20. ſect 7. n. 116. & alij apud Dicaſt. diſp. 11. dub. 8. *F.* Suar. diſp. 31. ſect. 4. n. 9. Vaſq. q. 92. a. 3. dub. 5. n. 33. & ſeqq Lug. diſp. 20. ſect. 7 n. 106. *G.* Vaſq. ibid. n. 36. *H.* Sanch. lib. 4. in Decal. c. 54 n. 39. Vaſq. dicto dub. 5. n. 38. Suar. diſp. 31. ſect. 4. n. 13. Lug. diſp. 20. ſect 7. n 99. & Tamb. lib. 2. c. 10. §. 3. n. 55. *I.* Suar. dicta ſect. 4. n. 5. Sanch. lib. 4. in Decal. c. 54. n. 42. Vaſq. dub. 6. n. 6. Henriq. lib. 6. c. 16 Hurt. diſp. 11. diff. 9. atq; Lug. n. 100. *K.* Suar. ſect. 4. n. 24. Sanch. loc. cit. n. 45. & Lug. n. 101. contra Hurt. citatũ. *L.* Sanch. n. 54. Henriq. lib. 6. c. 16. n. 6. & Lug. n. 100. *M.* Sanch. lib. 8. de Matrim. diſp. 15. n. 19. atque Lugo n. 102. *N.* communiter Authores.

237.

Abſolutio à caſibus reſeruatis

Per ſe loquendo *neq; Superior, neq; vllus alius poteſt pœnitentem abſoluere à ſolis reſeruatis, & pro reliquis mortalib⁹ eũ remittere ad aliũ Confeſſarium, ſed ſi velit ei adminiſtrare* hoc Sacramentũ *integrã illius confeſſionẽ audire debet* A. Per accidens *tamen haud negandum, poſſe id aliquando fieri, vrgente ſcilicet ex cauſa; qualis ſanè non negotiorũ multitudo, ſed longè grauior debere eſſe videatur*

Digitized by Google

tur B. II. *Quando ita* dimidiatè *ſit confeſſio, non ſit* vnum Sacramentum, *nec vna* Abſolutio *ex abſolutione vtriuſq; Cõfeſſarij, ſed ſi abſit mala fides, vel obex ex parte pœnitentis,* duplex Sacramẽtum diuerſum *conficitur* C; *& per conſequens Pœnitens abſolutus Sacramentaliter à ſolis reſeruatis nullam habet obligationẽ ea iterum confitendi illi, cui confitetur non reſeruata* D. III. *Quamuis Superior non abſoluat* ſacramentaliter, *ſed ſolùm tollat* reſeruationem, *aut abſoluat* ab excommunicatione *& pro* abſolutione Sacramentali *mittat pœnitentẽ ad Confeſſariũ habentem* cõmunem iuriſdictionẽ; *adhuc Superior tenetur habere totam illã notitiam* ſub ſigillo Sacramentali E. *& per conſequẽs nequit eâ vti in ordine ad gubernationẽ exteriorem prout infrà dicetur.*

A. Suar. diſp. 21. ſect. 1. Vaſq. q. 91. a. 3. dub. 10. Hurt. diſp. 12. diff. 5. *B.* Lug. diſp. 20. ſect. 6. n. 78. *C.* Idem n. 81. *D.* Suar. diſp. 31. ſect. 1. n. 10. Coninck. diſp. 7. dub. 9. n. 80. ac Lug. n. 82. *E.* Vaſq. dicto dub. 10. n. 5. Suar. ſuprà ſect. 1. n. 8. & Lug. diſp. 20. ſect. 6. n. 84.

Qui

Digitized by Google

238.

Petitio facultatis abſoluendi à caſibus reſeruatis.

Qui confitetur reſeruatũ nõ habenti poteſtatẽ ab eo abſoluẽdi, *mittendus eſt ad Superiorẽ, ſuadet tamẽ, imò & aliquando cogit charitas, vt ipſe Confeſſarius à Superiore facultatem abſoluendi petat* A. II. *Confeſſarius petens à Prælato facultatem abſoluendi aliquem à reſeruato diligenter attendat oportet, ne vel pœnitentem ipſum, vel aliquẽ alium apud Superiorem in commiſſi criminis ſuſpicionẽ ducat; priore enim modo violaret* ſigillum Sacramentale B; *poſteriore verò innocenti iniuriã faceret* C. III. *Quando Confeſſarius pro aliquo abſoluendo à reſeruatis facultatem petit à Superiore hac ſimiliúe formula (eſt quædam perſona, quæ veſtrâ indiget authoritate, ratione alicuius peccati reſeruati, placétne eam mihi dare?) num in tali petitione comprehendatur ipſe quoq; petens, pendet ex intentione, & conſuetudine* concedentis D. IV. *Si petatur facultas à Prælato huiuſmodi verbis (ſubditus quidam indiget facultate veſtrâ*

ſtrâ pro vna vice. vt faciat ſe abſoluere ab aliquo Confeſſario) tunc non videtur excluſus ipſe petens, *niſi ex alijs circũſtantijs colligatur contrarium* E. V. *Si Superior* Regularis, *inſtante Confeſſario* ordinario, *neget facultatem abſoluendi aliquem à caſu reſeruato, Confeſſarius autem nihilominus iudicet debere eam concedi, poteſt hic pro vna vice pœnitentem* Regularem *abſoluere, quamuis à Superi re licentiã nõ habeat* F. *aliàs verò quando Superior, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè negat facultatem abſoluendi à reſeruato, probabilius eſt, nõ poſſe ab alio Sacerdote huiuſmodi pœnitentem* directè *à reſeruato abſolui* G. VI. *Confeſſarius licentiâ obtentâ abſoluendi* pro vna vice *pænitẽtem à reſeruatis*, regulariter *non poteſt eũ abſoluere à reſeruatis commiſsis poſt obtentam licentiam* H: *idémq; multò magis dicendum ſi ipſemet pœnitens licentiam petijt* I. VII. *Abſente Superiore Domus vltrà vnum diem naturalem, probabile eſt, eius* Vice-ſuperiorem *licitè & validè concedere poſſe fa-*

cul-

cultatẽ abſoluendi a reſeruatis, niſi fortè in aliqua Religione *aliter ſtatutũ ſit, aut à Superiore abeunte* Vice-ſuperiori *talis poteſtas non permittatur* K.

A. Cõmunis tam Theologorũ ſenſus, quàm Confeſſariorũ praxis. *B.* Hurt. diſp. 11 diff. 16. *C.* Doctrina receptiſſima. *D.* Lug. diſp. 20. ſect. 8. n. 119. *E.* Idem ibid. *F.* Clemens VIII. & Pal. V. apud Naldum *Verb. Religioſus n.* 44. *G.* Doctores paſſim. *H.* Lugo n. 122. & ſeqq. *I.* Sequitur neceſſariò ex modò dictis. *K.* Dia. To. 3. Tr. 2. reſol. 28.

239.

Subdito vel per ſe, *vel* per Confeſſarium *petenti facultatem alteri confitendi*, regulariter *ea danda à Superiore* A; *& quidem tam* ex charitate, *quàm* ex debito ſui officij B: *neq; illius denegatio honeſtari poteſt ex eo, quòd alij aduertẽtes difficultatem in illa obtinenda, à noxis reſeruatis magis abſternendi ſint* C. II. *Aliquando tamen ea negari & poteſt, & debet; nimirum quando probabile eſt, vel ſubditum tali ex conceſſione occaſionẽ perſeuerãdi in delicto ſumpturum; vel illius crimẽ in* R*eligionis, Communitatis, alteriúſue graue incõmodam*

A. Doctrina communiſſima, de qua videri poteſt Diana in Compendio v. *abſoluere à reſeratis n.* 10 *B*. Barb in Trid. ſeſſ. 14. de ſacram. Pœnit. cap. 7. *n.* 25. & alij communiter. *C*. Comm. Theolog. ſenſus. *D*. § 229. *E*. Dicaſt diſp. 11. dub. 16. 288. *F*. Diana, & alij, quos refert, ac ſequitur Dicaſt. n. 287. *G*. Ita communiter Authores.

233.

Peregrinus habens caſus Sedi Apoſtolicæ *reſeruatos à nemine abſolui poteſt, niſi ab habente poteſtatem abſoluēdi ab illis* A. II. *Confeſſarius in aliqua diœceſi habens facultatem abſoluendi à reſeruatis, poteſt ibi abſoluere etiam iter agentes ſeu peregrinos alterius diœceſis, vbi pariter illa reſeruantur* B. III. *Si Confeſſarius non habeat poteſtatem in reſeruata, peregrinus verò implicitus ſit peccato aliquo, quod in diœceſi quidem ſui domicilij, non autem in loco, vbi confitetur, eſt reſeruatum, poteſt pariter* à tali Confeſſario *abſolui* C: *Secùs verò dicendū, ſi peregrin⁹ habeat caſus reſeruatos* Epiſcopo *loci, in quo reperitu, rquādo confitetur; tunc enim extra articulū, periculúmq; mortis nō poſſet à*

præ-

prædicto Confeſſario directè *abſolui, etiamſi illi non ſint reſeruati in diœceſi pœnitentis; niſi fortè Sacerdos habeat* iurisdictionem *ſaltem* delegatam *in Epiſcopatu peregrini; in hoc etenim caſu poteſt ab eo prædictus* pœnitens *abſolui, etiamſi peccata ſint reſeruata in Epiſcopatu, in quo eſt, dũ confitetur* B. *A.* Aſſertio apud Theologos certa, vt videre eſt apud Dicaſt. diſp. 11. dub. 16. n. 243. *B.* Suar. diſp. 30. ſect. 1. n. 4. Vaſq. q. 93. a. 1. dub. 4. Henriq lib. 6. c. 14. n. 9. Regin. lib. 8. n. 68. & Dicaſt. n. 239. *C.* Henriq. lib. 6. c. 14. n. 8. litt. Q. Regin. lib. 8. c. 5. ſect. 3. n. 69. & Lugo diſp. 20. ſect. 5 n. 71. *D.* Lugo n. 72. & alij, quos ſequitur Dicaſtil. n. 239. contrarium tamen opinatur Fagund. apud Lugonem. *E.* Dicaſt. n. 242.

234.

Religioſus *iter agens extra articulũ, periculúmue mortis nequit* directè *abſolui à reſeruatis ſuo Prælato*, à non habente in ea reſeruata facultatẽ A: *& quidem licet iter agens haberet licentiam* à Prælato *eligendi Confeſſarium* B. II. *Licita, laudabilíſq; eſt praxis aliquarum Religionum, quâ datur fa-*

cultas iter agentibus faciendi ſe abſolui à reſeruatis cum onere peccati mortalis ſe ſuo tempore ſiſtendi Superiori c, eíq; rurſus vel Sacramentaliter, vel extraſacramẽtaliter d manifeſtandi peccatũ, exſpectando ab illo quid expediens ipſe iudicauerit III. Facultas illa confitendi, percipiendiq; Abſolutionem ab alio Sacerdote (ſiue interno, ſiue externo) in caſibus in quibus nõ ſuppetit copia Cõfeſſarij, potẽtis aliàs abſoluere, aliquibꝰ in Religionibus (ex quibus quoq; Societas noſtra eſt) haud conceditur illis, qui vt ſe ſubducãt ſuo Sacerdoti iter ingreſſuri, de induſtria differunt confeſſionẽ, aut quomodolibet aliter eâ facultate malitioſè, & in fraudẽ vtuntur e. IV. Religioſus hoſpes ſi ſubdatur Prælato monaſterij, vel Collegij, vbi hoſpitatur, ſubditur quoq; caſibus, qui ibi reſeruati ſunt; ſi tamen illi caſus in ſuo monaſterio, aut Collegio, reſeruati non ſint, reuerſus ad proprium Monaſterium, aut Collegium abſolui poteſt à Confeſſario Ordinario, nec tenetur recurrere ad Superio-

rem

